Acta iudicij an probent sine subscriptione testiũ an vero requirãtur testes ad eorũ validitatẽ. gl. in. c. qm̃ ꝫ. de prob. in verbo viros. tz q̃ acta ꝓbẽt sine testib⁹. d. Abb. ibi. in. iij. col. in ver. ij. op. multa retulit finaliter. cõcludit q̃ seruãda est cõsuetudo regiõis qua nõ apparẽte qõ vtile est q̃ in oib⁹ actib⁹ ꝓiudicialib⁹ adhibeant testes. Spe. in ti. de instru. edi. §. restat. in. iij. co. ver. sed cũ literis. tz q̃ snia diffinitiua põt probari per solam scripturam notarij sine testib⁹. Et idẽ sequit Sali. in. l. si qs decurio. in. ij. co. in ver. opp. quinto. C. de falsis. Bar. in. l. emãcipationẽ. C. de fide instru. dicit q̃ acta ꝓbant ꝑ scripturaz. ⁊ idẽ dicit in. l. si. C. de edi. diui adri. tol. in fi. Et videt q̃ solum requiritur

ratur scriptura tabellionis. Adde ad ista Feli. in. d. c. quoniã contra.
2 in versi. glo. in ver. viros. de proba. nu. 12. fo. 60. in. ij. parte vbi latissime querit de questione ista.
Acta iudicij an presumant precessisse sententiam: dic q regulariter nõ nisi probent. tex. est in. c. quoniã contra. de proba. adde q conclusio ista fallit in multis casibus. vide que posui in litera. P. in. §. processus an presumatur rite factus ex quo iudex.
Acta iudicij an possunt produci corã notario solo absq; psentia iudicis. vide que posui in litera. P. in. §. productio iurium.
Acta iudicij que nõ sunt scripta: an possint pbari per testes. domi. Abb. in. c. qñ cõtra. de prob. in vlti. col. in vers. vltimo hic querit. tz q sic. Et idẽ ibi tz Jnno. Hosti. Anto. de bu. vide per Felin. in. d. c. qñ cõtra. col. fi. ver. nono quero. nu. 55. fo. 95: adde qõ Bar. in. l. ne in
2 arbitris. C. de arbi. in. ij. no. tenet q acta nõ pbãt nisi sint scripta: neq; possunt pbari per testes. vide Feli. in. d. c. quoniam contra in predicto versi.
Acta iudicij vt est snia: receptio testium: & similia sunt nulla si sunt facta contra absentem citatũ qui non potuit cõparere eo quia impeditus impedimẽto ineuitabili. tex. est in. c. cũ bertoldus. de re iudica. l. quesitũ. & ibi Bar. ff. eo. Vide q posui in litera. J. in. §. interlocutoria & in litera. S. in. §. snia diffinitiua lata ꝺ absentẽ citatũ. adde ad ista pone q qs sit citatus p duab9 causis. vtrũ ad ambas teneat rñdere & si pcedat an pcessus sit nullus. adde etiã qd si accusatur corã diuersis iudicib9 de eodẽ crimine corã eo teneat cõparere. vide Bal. in l. senatus. C. qui acc. nõ pos. & Bul. de cug. & Bal. ĩ. l. ij. §. j. si qs cau.
Acta cause ordinatoria seu instructoria faciũt fidẽ corã iudice subrogato & etiam coram iudice appellationis in eadẽ instãtia. & ista est regula firma. ita do. Abb. in. d. c. causam que de testi. in. j. col. in versic.
2 primo casu. & idẽ tz Feli. in. d. c. causam que. nu. 1. cum seq. fo. 80. in. ij. parte. vbi ponit regulã cũ fallentijs. adde q ista regula fallit qñ acta facta corã primo iudice essent ipso iure nulla. Bal. in. d. c. causam q. & in simili tz Jnn. in. c. cõstitutus. in. xij. col. de rescrip. vbi dicit q pcessus nullus non facit qõ res nõ dicat integra. & Bar. dicit in. l. accusaturus. ff. de adu. q libellus ineptus nõ interrũpit pscriptionẽ. vide de materia ista Felin. in. d. c. causam que. de test. in versi. fallit primo.
Jtẽ ista regula nõ hz locũ in iudice alterius tribunalis: q; acta ordinatoria iudicij nõ faciũt fidẽ corã iudice alterius tribunalis: vt puta si sunt facta corã iudice seculari nõ faciunt fidẽ corã iudice ecclesiastico. ita do. Abb. in. d. c. causam que. in. ij. col. in ver. sed dubito. secus est de actis cõcernẽtibus inuestigationẽ veritatis que alio modo vocatur instructoria: quia bene faciũt fidẽ corã iudice alterius tribunalis. do. Abb. in loco prealleg. Adde Feli. qui idẽ tenet in. d. c. causam que predicto versi. fallit primo.
Acta que habent inuestigare veritatẽ cause que alio modo dicuntur instructoria: an faciant fidem corã quocunq; iudice. vide. s. in. §. acta cause ordinatoria.
Acta facta in vno iudicio ab aduersario qñ probant in alio iudicio. vide que posui in litera. C. in versi. confessio facta ab aduersario.
2 Acta facta in vno iudicio inter easdẽ personas in quo nõ perijt instãtia faciũt fidẽ in alio iudicio. de testibus. c. causam que. nu. 2. fo. 108.
Acta facta in iudicio ciuili faciunt fidem in criminali vt iudex possit
2 pcedere super crimine per inquisitionẽ. ita Feli. in. c. at si clerici. de iudi. nu. 12. fo. 7. versi. an autem acta.
Acta facta in iudicio ciuili faciũt fidẽ in criminali quo ad indiciũ ad
2 torturã. ita Feli. in. d. c. at si clerici. de iud. in ver. an autem acta. vbi. s.
Acta facta in iudicio ciuili puta q; facta est cõfessio: tunc talis cõfes-
2 sio preiudicat in causa criminali. ita Felin. in. c. at si clerici. de iud. vbi s. in versi. Fallit tertio in confessione. nu. 2. fo. quo. s.
1 Acta iudicij facta de nocte: vt sunt recipere testes & similia an valeãt. Feli. in. c. consuluit. versi. dicit Jnno ibi quod sic. nu. 19. de offi. delega. fo. 198.
Acta facta in vno iudicio in quo non perijt instãtia faciunt fidem in alio iudicio inter easdẽ personas: & ista est regula firma. tex. apertus in. c. causam que. de test. l. cũ antea. in fi. C. de arbi. l. iubemus. C. de liberali cau. & istud idẽ sentit dñs Abb. in. d. c. causam que. ĩ. iij. col. in versi. Nã rõne cõnexitatis. Adde & amplia regulã istã qõ habet locũ etiã in actis factis corã arbitro: q; faciũt inter easdẽ personas in alio iudicio. Bal. in. l. iij. in pe. col. C. de edẽ. Jtẽ ista regula habet locũ in actis factis corã laico: q; faciũt fidẽ corã ecclesiastico & econtra inter easdẽ personas. de quo vide Bal. in. l. j. in vlti. col. ff. de fe. vide Feli. latissime in materia ista in. d. c. causam que. in ver. secũda regula. adde qõ Bar. in. l. ij. ff. vi bo. rapto. in. iij. col. in ver. q̃ro vtrũ. qui dicit q ista regula hz locũ etiã si acta facta in vno iudicio pducerent in alio
2 iudicio q iudiciũ est intẽtatũ ad aliũ finẽ & effectum: quia tamen facerent fidẽ. de quo vide Feli. in. d. c. causam que. versicu. declara tertio. nu. 4. fo. 108. in. ij. parte. Et no. q; venit ad declarationẽ tex. in. c. veniens. & ij. de testi. limita istam regulã nisi acta fuissent facta in iudicio summario: q; nõ pbãt in plenario etiã inter easdẽ psonas. Bart. in. d. l. ij. ff. vi bo. rap. in ver. sed videt. do. Abb. idẽ tenet in. c. causam que. in. iij. col. in ver. sed putat. adde Feli. in. d. c. causam que. versicu.

Modo aduerte. intellige tũ nisi iste probationes in iudicio summario essent plenarie: q; tunc bene probarẽt ac si essent recepte in plenario. de quo vide Feli. in. d. c. causam q̃. ver. sed restringit. nu. 6. fo. eo.
Acta in iudicio summario faciũt fidẽ in plenario: & hoc qñ sumus in materia cõcernente peccatũ: q; ad hoc vt peccatũ tollat acta in summario iudicio faciũt fidẽ in plenario. ita tenuit Ant. de bu. in consil. suo. xlj. inci. quidam petijt. idẽ tenet. Feli. in. c. causam que. de testi. in fi. versi. tertio restringe hanc fallentiam. nu. 10. fo. 108. in. ij. parte. Et hoc modo limitabis illud qõ dixi. s. in. §. acta facta in vno iudicio.
Acta facta in vno iudicio nõ pbãt in alio etiã inter easdẽ personas. Et hoc qñ acta cursu temporis immutant. Bar. in. l. j. §. qui excusatione. ff. de vaca. mune. & in. l. ij. ff. iud. solui. in. ij. col. in versi. sed contra predicta. vide Feli. in. c. causam que. de test. versi. fallit secũdo predicta regula. nu. 12. fo. 109.
Acta facta cõtra contumacem dicuntur facta in iudicio summario. Bar. in. l. j. C. quo. appel. in ver. glo. soluit: & sic. isto casu faciũt fidem in alio iudicio plenario contra eundem. ita Bar. in. l. ij. ff. iudi. solui.
2 circa fin. in ver. secũdo quero. adde Feli. in. c. causam que. de testi. ver. quarto restringe. nume. 1. fo. 108. Et hoc modo limitabis que posui. s. in. §. acta facta in vno iudicio.
Acta nõ publicata in prima instãtia non faciunt fidẽ in alio iudicio etiã inter easdẽ personas. de quo vide que posui in litera. T. in. §. testes examinati si attestationes non fuerunt publicate.
Acta facta coram iudice laico an faciant fidem coram ecclesiastico.
2 ponit Feli. in. c. at si clerici. de iud. nu. 4. versi. vtrum ecclesiasticus iudex. folio. 6.
Acta facta in ciuili causa an faciãt fidẽ in iudicio criminali. vide per
2 Fel. in. c. at si clerici. de iud. nu. 12. ver. an autem acta. & ibi ponit multos casus vbi acta facta in iudicio ciuili probant in criminali. adde tu q dicit etiam Bald. in. l. ij. C. de eden. Jmol. in. l. interdum. ff. de publ. iud. Cy. in. l. j. in fi. C. qñ ciui. actio piud. crimi. d. Alex. in. d. l. ij. C. de eden. Et ista confirmantur ex his que habentur per Jnnocẽ. & alios in. c. cum dilectus. de ord. cogn. ibi Jmo. & alij dicunt q cõfessio facta in vno iudicio summario facit fidẽ in plenario: de quo etiam vide glo. & doc. in. c. veniens. de testibus. adde & limita hoc verum si cõfessio sit principaliter in iudicio ciuili. Sed quidã contra: videlicet qñ cõfessio fit incidẽter. vide Bald. in. l. mercales. C. de condi. ob tur. cau. qui ibi istud declarat singulariter.
Acta facta inter alias personas probãt quo ad alias tertias & rõne publice vtilitatis. ita do. Abb. in. c. causam que. de testi. in. ij. ver. secus si rationẽ. & ibi Feli. ver. fallit secũdo. nu. 20 fo. 109. in secũda parte. Adde qõ contra ista facit tex. in. c. j. in versi. confessis. de excep. responde prout est de mente Feli. in. d. c. causam que. 21. versi. sed cõtra
2 istam fallentiam. vbi. s.
Acta facta cum collatore non nocent electo. de test. c. cõstitutus. nume. 13. fo. 124.
Acta facta in causa ciuili an noceant in criminali. Bal. in. l. si quis. C. ad. l. iul. de vi publ. & ibi bona glo. & Sal. ibi in. vij. col. versi. quero quinto. Ant. de bu. in. c. per inquisitionem. col. fi. de electio. Bart. in l. penul. in fi. ff. de calũnia. Bal. in. l. j. in. j. col. C. de naufr. lib. x. Bar.
2 in. l. ij. §. j. ff. vi bono. rap. versi. quero vtrum snia. & Felin. late in. d. c. causam que. nu. 22. ver. & ista faciunt. de testibus. fo. 109. in. ij. parte.
Adde tu an acta in iudicio ciuili probẽt in criminali. Jnno. fuit varius in ista qõne: nam in. c. qualiter. el. ij. de accus. tenet q acta facta in ciuili probant in criminali: vt puta lata est snia in ciuili: q; probabit in criminali hoc modo: videlicet iudex formabit inquisitionẽ de nouo: & postea assumet illã snĩam ad probandum: q; sententia inducit notoriũ: & cum ista opinio. transeunt doc. in. d. c. qualiter. Sed in cõtrariũ tenuit ipsemet Jnno. in. c. per inquisitionem. de electio. vbi clare dicit q acta facta in ciuili non probant in criminali: quia forte multa fuissent opposita cõtra prioza acta si fuisset actũ criminaliter que fuerũt omissa ppter leue preiudiciũ: & etiam ad aliũ effectũ agebatur. de quo vide do. Abb. in. d. c. qualiter. el. ij. in vlti. col: in versic. faciũt hec. q. & in. d. c. causam que. col. in ver. & aduerte.
Acta facta in vno iudicio probãt in alio iudicio quantum ad hoc qõ acta sint facta nõ tñ probãt illa acta circa effectũ actorũ. ita Bart. in l. ij. C. de eden. in. ij. col. in versi. tu aduerte subtilius vbi dicit q acta facta in vno iudicio quãtũ ad pbationẽ qõ lis sit contestata q libellus sit datus q citatio fuerit facta q testes fuerint citati: & q fuerit lata snia ista acta nõ solũ probãt in alio iudicio: sed etiã pbant quo
2 ad oẽs personas de mũdo. & Bar. in. l. ij. ff. iud. solui. adde Fel. in. d. c. causam que. de testi. in ver. fallit quarto. nu. 25. fo. 109. ij. parte.
Acta facta inter alios faciũt fidẽ inter alias personas quibus etiam sententia piudicat: vt puta sentẽtia est lata inter duos facit ius inter alios. Et sic isto casu acta faciũt fidem inter alios etiam q sint facta inter duos. ita Bart. in. l. superatus. in fine. de pigno. domi. Abb. in c. causam que. de testi. in. ij. col. in ver. secundo dubitat. & ibi Jnnoc. & Anto. de but. Barto. in. l. ij. ff. iudi. solui. in. ij. colum. in versic. do regulam. & in. l. ij. ff. vi bonorum rapto. in. ij. col. in versic. Jtem inter alias personas. Joan. and. in Specu. in titu. de testi. §. nunc tracte.

mus.in addi.magna.adde Feli.in.d.c.causam que.nu.26.vers.fallit quinto.& vlti.fo.109.

Acta cause tẽdentia ad veritatis indagationẽ vt est depositio testiũ confessio partium:ista non pereunt perempta instantia:sed etiam prosunt in secunda instantia:ita Barto.in.l.ij.ff.iudi.solui.in princ. domi.Abb.in.c.causam que.de testibus.in.iij.col.in versicu. venio nunc ad secundum membrum.intellige hoc sano modo dummodo iste attestationes & cõfessiones sint publicate in prima instantia als in secunda instantia nõ faciunt fidem.ita Bar.in.l.gesta.de re iudi. Cy.in.l.properandum.§.fin.C.de iudicijs.Bartol.in.l.prima.ff.de his que.in frau.cred.Et vide in materia ista que.in litera.T.in.§.testes examinati si attestationes non fuerunt publicate.Et vide Feli. in dicto.c.causam que.ver.quarta & vltima regula.nu.27.fol.109.in secunda parte.

Acta facta in vno iudicio ad certum finem:puta circa aliquam habilitatem vel inhabilitatem alicuius persone faciunt fidem in alio iudicio inter alias personas.do.Abb.in.c.super eo.el.j.de testibus.in secundo notabili.adde Feli.ibi etiam in secundo not.numer.2.fo.110. in secunda parte.Et vide que.posui in litera.S.in.§.sententia lata super statu.

Acta litis ordinatoria vt est citatio libelli oblatio satisdatio pereũt instantia perempta.domi.Abb.in.c.causam que.de testib.in.iij.col. versi.venio nunc.Bar.in.l.ij.ff.iudica.solui.in.j.colum.versicu.sunt acta.Imola idem tenet in dicto.c.causam que.Barto.in.l.ij.C.de edendo.in.iij.colum.in versic.primo casu.Anto.de butrio in.c.cum dilectus.de capellis monacho.in.xj.columna.Bald.in.l.cum antea. in fi.C.de arbitris.& in capitulo cõsuluit.circa finem.de officio delegati.& intantum ista acta pereunt perempta instantia & si sententia feratur super illis actis est nulla:quia reperitur lata fine tela iudicij:neq; prodest consensus partium ad ratificandam sententiam.ita dominus Abb.in dicto capitulo causam que.in versicu.venio nunc.
2 Et idem tenet Felinus ibi versicu.quarta & vltima regula est.numero.27.fo.109.in secunda parte.Adde tamen quod ista acta ordinatoria licet pereant quo ad ordinationem litis:non tamen pereunt quo ad effectus:vt est quod pars sit facta malefidei possessor:vel qõ res sit facta litigiosa:vel quod fit interrupta prescriptio:quia in istis operantur suos effectus.dominus Abb.in dicto capitulo causam que.in vltima columna.in versicu.quedam est.idem Barto.in dicta
2 l.ij.ff.iudi.solui.in.j.columna.in versi.sed quero.& vide Feli.in dicto capitulo causam que.in fin.versi.fallit primo regula.numero.28.vbi supra.Adde tamen qõ quando perempta est instantia propter aliquod impedimentum non perimunt acta ordinatoria.ita glossa.singularis.in.§.prescriptionem.in verbo interruptam.xvj.questio.iij. Feli.in dicto.c.causam que.versicu.Item non procedit.vbi.5.numero.29.Adde etiam quod vbi pronuntiatũ est libellum esse ineptum & reus est absolutus ab obseruatione iudicij:isto casu pereũt acta ordinatoria iudicij quo ad effectus etiam:quia non interrumpit prescriptionem neq; res est facta litigiosa.ita Bald.eleganter in.l.ij.C. de fruct.& liti.expen.vide Felin.in dicto capitulo causam que.in dicto.versicu.Adde ad ista.pone q̃ iurisdictio iudicis delegati sit finita:puta quia reuocatus an acta pereant adeo qõ necesse sit q̃ ordinarius de nouo cognoscat an vero ex eisdem actis.vide Bald.in.l. edita.C.de edendo.in.viij.& ix.questio.& Bald.in.l.ij.C. de fructi.& lit.expen.& in.l.gesta.C.de re iudi.in.j.colum.& Bald.in titu.de pace constan.in versiculo in causis.Adde etiam quod quando partes renuntiant expresse instantie quod tunc effectus actorum tolluntur. Et sic limitabis Bart.in dicta.l.ij.ff.iudicatum solui.de quo domi. Abb.in capitulo significauerunt de testibus.in.ij.colum.& ibi Feli-
2 nus.in versi.Nota secundo ex eadem glos.numero.5.folio.129.in secunda parte.

Acta iudicij faciunt notariũ quando conclusum est in causa.Adeo quod antea non dicitur iudici loquere de causa.ita gl.in verbo liquere.in capitulo significauerunt.de testibus.& ibi domi.Abbas in.ij. columna.in versic.quero text.& Bald.ibi idem tenet.& Romanus. in.l.is cui bonis.ff.de verborum obligationi.in.iiij.colum. Imol. in.l.pomponius.ff.de re iudicata.domi.de rota decisio.xxxvj. vide per Feli.in dicto capitulo significauerunt.versicu.in glos.super verbo liquere.numero.3.folio.129.in secunda parte.Adde tamen quod multi doctores tenuerunt contrarium videlicet q̃ imo ante conclusionem potest liquere de causa.dominus Anto.de butrio in capitulo fina.in prin.de tempo.ordi.Imola in capitulo ex tenore.de rescriptis.in fin.Innocen.in capitulo ex ratione.de appella.Bartol.in.l. fina.ff.de publi.iudi.pro clariori intelligentia istius difficultatis vide Feli.in dicto.c.significauerunt.de testibus.numero.4.versicu.sed in contrarium.folio eodem.parte secũda.Et adde tu q̃ communis opinio est q̃ acta iudicij faciunt notorium quando est conclusum in causa.& hoc modo limitabis.l.gesta.C.de re iudica.& in.c.cum olim. de verbo.signi.

Acta concernentia ordinem iudicij si sunt nulla,vt litis contestatio res iudicata & similia non conualidantur cõmuni consensu vtriusq; partis.do.Abb.in.c.cum causam.de testibus.in.ix.colum.in versic. secus dicit Bar.in.l.j.ff.de feriis.glo.in verbo partium.in.c.de causis.de offic.deleg.& ibi scribentes.Feli.in.d.c.cum causam.lo.j.versi. In glo.fi.ibi.nu.19.fo.134.Sed illud adde q̃ licet partes non possunt ratificare acta nulla que sunt de substantia iudicij:si tamen dubitatur an talia acta interuenerint statur dicto partium.Feli.in loco preallegato.

Acta iudicij probãtur per partes dubitatur vtrum interuenerint.vi de.s.in.§.acta concernentia ordinem iudicij.

Acta ordinaria iudicij:vt est citatio litis contestatio:& similia facta coram arbitrio non faciunt fidem coram iudice ordinario.ita Inn. Joan.and.& domi.Abb.in.c.presentata.de testi.in.iij.colum.in ver. aliud dubium.vbi dicit qõ nisi pars consentiat necesse erit de nouo libellum formari & deliberatorias dari:& de calumnia iurari:postea idem domi.Abb.in dicto.c.presentia.in.v.colum.in versicu. venio ad secundum distinguit q̃ aut vtraq; pars consentit vt acta ordinatoria facta coram arbitro valeant coram iudice:& tunc valent dummodo sint talia acta que dependent a voluntate partium.Tu adde
2 Feli.in.d.c.presentata.versi.Prima conclusio.nume.7.fo.144.in.ij. parte.vbi dicit quod acta facta coram arbitro nonvalent ex quo non sunt iudicialia.

Acta facta coram arbitratore an faciant fidem coram iudice ordinario.domi.Abb.in.c.presentata.de testibus.in.ij.colum.in versic.sed formo.tangit hanc questionem.& dicit q̃ qualitercunq; processerint arbitratores siue in forma iuris siue non qõ acta eorum non probabunt coram iudice ordinario etiam si testes mortui sint:quia coram arbitratore non est iudicium:& per ista nota differẽtiã inter arbitrum & arbitratorẽ:quia actu facta coram arbitro faciunt fidem coram iudice ordinario:secus si coram arbitratore de quo vide in litera.A.in
2 §.acta ordinatoria.& in.§.acta instructoria.Adde Feli.in dicto.c.presentata.versi.Limita tertio seu declara.nume.13.fo.143.in.ij.parte vbi tenet opin.do.Abb.quod Bal.in dicto.c.presentata.dicit quod quando arbitrator habet publicam potestatem:scz arbitri et arbitratoris & secutus fuisset formam arbitri qõ acta probarent.de quo vide Feli.in.d.c.presentata.versic. Videtur tamen ibi Bald. Acta instructoria cause concernentia factum etiã si gesta sunt coram arbitro:probant tamen coram iudice ordinario:ita do.Abb.in.c.presentata.de testi.in quarta columna.in versi.circa primum dictum.vide Feli.in dicto.c.presentata.versi.Secunda conclusio.adde quod hoc fallit in teste:quia testes qui sunt producti corã arbitro si adhuc viuunt & pars non vellet eis stare possent iterum examinari:vt est tex.
2 in.d.c.presentata.& in.l.fina.C.de testib.Felin.in dicto.c.presentata. versi.Limita primo.nume.10.fo.114.in.ij.parte.Item fallit in confessione facta coram arbitro:quia secundum aliquos nõ valet coram iudice nisi vt extraiudicialis.vide domi.Abb.in dicto.c.presentata. in quarta columna.ibi versi.an confessio facta.vbi dicit qõ aliqui docto.tenuerunt simpliciter q̃ valet coram iudice:sed ipse tenet qõ p̃ prie non sit iudicialis:sed autoritate iuris potest allegari ac si esset iu
2 dicialis.tu vide Feli.in dicto.c.presentata.ver.limita secundo.nu.2. vbi supra.

Acta cause si sunt falsificata falsans punitur de pena falsi.Bar.in.l. in fraudem.§.neq;.de iure fisci.adde Feli.in rub.de fide instru.versic. Tertia conclusio.in fi.

Actio vtilis non autem directa datur contra possessorem qui dolo desijt possidere.ita domi.Abbas.in.d.c.de exceptio.in.ij. colum.in versi.& dic quod contra possidentem.idem tenet glossa in.c.pro possessore.de regu.iur.in sexto.vide Barto.& Ange.in rubrica.ff.de rei vendica.et que dicatur actio vtilis.vide Barto.in.l.curatores.C.de nego.gestis.Adde Feli.in materia ista in dicto.c.penulti.de except. nu.1.fo.26.

Actio pignoratitia & hypothecaria in quibus differant.ponit.do. Abb.in.c.cum aliquibus.ff.de re iud.in.j.col.in ver.dicit Bart.vide ibi Feli.in versi.differentiam.nu.3.fo.74.

Actio iniurians mota criminaliter que pena imponatur condẽnato.vide que posui in litera P.in.§.pena est arbitraria.& adde an hodie curia dat literas super actione iniuriarum.vide que posui in litera L.in.§.libellus quomodo formandus.

Actio inepta non tollit intentionem actam:& ideo valet iudicium.
2 vide per Feli.in.c.examinata.de iud.versi.moder.hic adducunt.nu. 15.folio.24.Adde ad ista que posui in litera C.in.§.clausula ista posita in libello.

Actio si negatur ex forma statuti tamẽ potest implorari officium iudicis si competat.fallit hoc si diceretur in statuto q̃ nulla actio exce-
1 ptio vel defensio admittatur.ita Feli.in.c.ij.de officio iudicis.versic. Sequitur etiam.nu.2.fo.203.

Actiõis nomen si exprimat & inepte valet libellus:dummodo intention sit apta.ita Feli.in.c.cum ordinem.de rescrip.versicu.Facit etiam
1 ad predicta.numero.3.fo.81.Adde tu q̃ contraria opinio est magis sustentabilis.vnde dico quod male potest responderi l.secũda.C.de formulis sub.quanq̃ Bartol.respondet suo modo.hinc est quod

disputando

disputando tenerem contrariam opinionē videlicet quod actio inepta expressa in libello vitiaret libellū etiam si intentio fit apte expressa:tamen consulendo ⁊ docendo non recederem a communi opinione que est quod actio inepte proposita non vitiat libellum:dummodo intentio fit apta.

Actio an oriatur contra dominum qui constituit procuratorem ad accipiendum mutuum si de mutuo constat per confessionem procu-
2 ra.Fel.de fi.instru.c.si cautio.nu.86.⁊.87.fo.177.

Actiones personales non transeunt contra heredem vel successorez singularem.de qua re vide que posui in litera.S.in.§.successoris appellatione.

Actiones stricti iuris ⁊ bone fidei que dicantur.vide gl.in.c.cum venerabilis.de exceptio.in verbo bone fidei.⁊ ibi do.Abb.in.ij.colū.in ver.glo.in verbo.adde gl.in.c.ij.de translatio.prela.in verbo inueni-
tur.⁊ glo.in.c.cum dilectus.in verbo de exceptione de emptio.⁊ ven-
3 di.Feli.in.d.c.cum venerabilis.de exceptio.versi.de actionibus . nu. 10.fo.10.

Actor si in libello suo facit mentionem de aliquo priuilegio vel scriptura aut instrumento super quibus fundatur intentio sua compelli potest vt ante omnia exhibeat vt detur reo ad hoc vt possit deliberare an cedat vel contendat.Imo.in.c.j.de proba.⁊ Anto.de but. ⁊ Imo.⁊ domi.Abb.in.vij.col.in ver.nūc quero quo tempore.Bal. in.l.fi.C.de preci.impe.offer.do.de rota cōclusio.xxiij.incipien.Itez
2 si in libello.Adde Fel.in dicto.c.j.de proba.verficulo.Secunda conclusio.numero.26.in secunda parte.Et intellige quod omnis actor debet iustificare personam suam quando de ea dubitatur puta prelatus si in libello dicit se prelatum:⁊ opponitur quod non sit prelatus : debet ante contestatio.lit.docere de sua possessione.ibi vide per Felinum in dicto.c.j.in preallegato loco:limita tamen quod si actor diceret non habeo instrumentum quod debet procedi ad ulteriora. ita do.Abb.in dicto.c.j.⁊ in.d.ver.nunc quero quo tempore. Adde
2 Feli.loco prealleg.in versi.Secundo restringe hanc conclusionē.nu. 27.vbi.§.

Actor qui fuit spoliatus si habuit sententiaz pro se in possessorio dz habere executionem sententie respectu fructuum qui fuerunt percepti a reo spoliatore a die deiectionis.Et hoc habet locum etiā si pro reo spoliatore lata fit sententia in petitorio:qz quamuis petitorium absorbeat possessorium :videlicetquia illi debeatur possessio cui adiudicata est proprietas.c.cum dilectus.de causa possessio.⁊ proprie. Tamen limitabis illum tex.hoc modo:qz actor spoliatus habebit fructus ab ipso reo spoliatore.ita tenuit gl.in.c. cum super de causa
posses.in gl.ij.⁊ gl.penul.in.c. pastoralis.eo.ti.⁊ glo.fi.in.c.significa-
2 uerunt.de testi.do.Abb.ibi in.ij.col.in ver.no.quarto.Felin.in.d.c. significauerunt.ver.No.iij.ex eadem gl.nu.6.fo.129.parte.ij.⁊ do.de rota decisio.cccvij . incipien. licet item spoliatio in nouissimis. adde tamen quod ipse actor spoliatus si habuit sententiam in petitorio contra se:quod non potest retinere cum bona cōscientia fructus perceptos ab eo tempore quo fuit sibi adiudicata possessio:ex quo nul-
2 lum titulum habuit in beneficio.de quo vide Fel.in.d.c.significauerunt.in ver.No.iiij.ex ea.gl.nu.7.fo.eo.in.ij.parte.

Actor spoliatus si agit possessorio suspenso petitorio : ⁊ contra ipm lata fuit sentencia in possessorio si vult redire ad petitorium an audietur:licet prius non satisfecerit expensas.do.Ab.in.c.significauerūt. de testi.in.ij.col.in versi.⁊ vide no.dictū.tenet ꝙ sic.qz spoliator reus qui agit possessorio suspenso petitorio si habuit sententiam cōtra se
2 in possessorio si vult redire ad petitorium non auditur nisi expensis refectis in odium ipsius spoliantis:quod secus est in actore spoliato:quia quamuis lata fit sententia contra ipsum in possessorio audietur:tum non refectis expensis:qz nullum odiuz in eo.adde quod contrarium tenuit Feli.in.d.c.significauerunt.nu.7.⁊.8.fol.eo.in.ij. parte.⁊ fo.seq.qui dicit quod qui vincit in vno articulo potest statiz non expectata diffinitiua habere expensas.eum vide ibi in versicu.⁊ istis Adde.⁊ ibi reprobat vnam decisionem do.de rota qui tenebat opi.do.Abb.vt.s.

Actor non potest petere vt testes examinentur ad perpetuaz rei memoriam.de quo vide do.Abb.in.c.significauit.de testi.in.ij.col.in v. expedita est hec gl.⁊ Bar.in auc.si quis ab aliquo.C.de testi.⁊ ratio est:qz potest mouere actionem quando sibi videtur ⁊ lite non contes-
2 tata testes non recipiuntur.Feli.in.d.c.significauit.versi. Secunda conclusio.nume.6.fo.138.in.ij.parte.⁊ ista est regula quam tamen limitabis quando timetur de morte testium vel absentia.vt in.l . ij.ff. de.do.causa mor.quia actor poterit facere vt testes examinentur lite non contesta.seruata forma.c.quoniam . vt lite non contest.non aūt
2 forma.d.c.significauit.quod ille tex.loquitur in reo.Feliñ. in.d.c.significauit.in ver.Fallit in casu.c.quoniam.nume.6.vbi.s . Item limita istam regulam qñ actor haberet potestatem negandi de iure:z de facto qz litis contestatio impediretur.isto casu testes possunt recipi lite non contestata.Bal.in.d.auc.sed ⁊ si quis.Inno.in.d.c.quoniā.adde ꝙ aliquādo etiā seruatur forma.c.significauit.de testibus. in actore:puta si non potest haberi facultas agendi nisi testibus publicatis.ita Bar.in.d.auc.sed ⁊ si quis. in versi.quandoqz.adde Feli.in.d.c.significauit.in ver. Item fallit conclusio.nume.7.fo.eodem. Et vide que posui in materia ista in litera.M.in.§.reus solus potest petere.

Actor litigans super titulo beneficij si probat reum nullum ius habere in beneficio an istud solum sufficit ad habendum beneficiuz an vero requiritur quod probet de iure suo.vide que posui in litera.B. in.§.beneficium pone quod quis.

Actor qui habuit sententiam pro se que transiuit in rem iudicatam an possit petere confirmationem ipsius sententie ex quo est in possessione.vide que posui in litera.S.in.§.sententia que transiuit in rem iudi.an de ea possit victor.

Actor in causa matrimoniali habuit sententiam pro se:si post decez dies qui dantur ad appellandum contrahit matrimonium valet et proles inde secuta est legitima.licet pars aduersa querelaret sententiam:⁊ primum matrimonium confirmaretur.de quo vide que posui in litera.S.in.§.sententia in causa matrimonij.licet . non trāseat in rem iudi.tamen si pars.

Actor qui facit aduersarium suum citare coram diuersis iudicibus
1 pro eodē negotio perdere debet causam:an hoc sit verū. Vide Feli. in.c.ex tenore.de rescriptis ver. Perdere debet causam.nume.14. fo. 104.adde tu quod istud procedit si pars opponit.vide Bal. in auc. sed nouo iure.C.de seruis fugi.⁊ Bald.in.c.j.de controuer.feud.inter pa. Item fallit quando petatur coram iudice qui nō habet iurisdictionem vltra partem petitam qz possum ire ad alium iudicez: ita singulariter dixit Bar.in.l.in commodato.§.duabus.ff.commodati.adde do.Jas.de May.preceptorem meum in.l.nulli.C.de iudicijs. vbi posuit sex alias fallentias.

Actor si mutat ⁊ emendat libellum tenetur reo ad expensas.Feli.de
2 libel.ob.c.significantibus.nu.25.

Actor agere volens si excipiatur contra eum de crimine an ⁊ quādo
3 debeat ordinarie puniri.Feli.de excep.c.j.nu.8.

Actor qui non potest consequi effectum iustitie coram primo iudice propter impotentiam potest adire superiorem licet fit inchoatū iu-
1 dicium coram inferiore.Et propter hoc non punietur.Feliñ.in.c.ex tenore.de rescriptis.ver.fallit tertio.nu.18.fo.104.

Actor an possit trahere clericum reum qui habet beneficiū in aliqua diocesi:⁊ domicilium alibi in loco domicilij etiam si agatur de re que
1 pertinet ad suum beneficium.ponit Feli.in.c.dilectus.el.ij.de rescri. ver.oriebatur pridie.nu.10.fo.149.

Actor qui impetrauit rescriptum ad lites:⁊ creauit in expressiōe nominis proprij:⁊ etiam in expressione proprie diocesis.an rescriptum
1 sit nullum.vide Feli.in.c.significante.de rescrip.nu.2.fo.170.

Actor trahens reum in iudicio vetito ne puniatur in amissione cause potest penitere semper ante sententiam.ita Feliñ.in.c. si diligenti.
2 de foro compe.versi.gl.in verbo causam perdant.nu.34.fo.39.

Adde tu quod si quis trahit aliquē in iudicio vetito quod mihi magis placet quod per solam contestationem litis debeat perdere causam.Et hoc quia dicitur delictum consummatum esse:quia iam traxit reum vbi trahere non debebat.Et de hoc videtur esse casus in.l. in criminali.C.de iurisdi.om.iudi.

Adde etiam quod si per solam sententiam quis deberet perdere causam sequeretur quod trahens reum ad examē vetitum posset excludere penam dicte.l.in criminali.qz cum esset prope sententiam posset desistere.Et sic euitaret penam.l.cum damno ipsius rei.de quo vide Spe.in ti.de compe.iudi.adi.§.j.ver.breuiter scias . ⁊ Sali.in.d.l.in criminali in versi.quero modo.

Actor debet habere sententiam in sui fauorem quando constat de iure ipsius etiam si proposuerit actionem ineptam cum intentiōe etiā
2 inepta.ita Feli.in.c.examinata de iudi.nu.1.fo.23.

Actor an debeat semper instare vt sententia ferat an vero iudex possit hoc facere ex officio suo.vide per Feli.in.c.venerabilis.de iud.ver.
2 Et no.quod.nume.20.fo.28.

Actus si annullatur eo qz nō interueniūt requisita.Dico qō pōt sustentari talis actus si requisita interueniunt post actū:⁊ istud ita demum verum est si lex annullās nō expressit qō interueniat in actu.ita
1 Feli.in.c.ad hec.de rescri.ver. Item si annullatur actus.fo.92.in materia ista vide que posui in litera.U.in.§.vsurarius manifestus.

Actus nullus an semper careat pena.vide Feli.in.c.ex tenore.de rescri.ver.Ceterum ad multa.nu.9.fo.103.adde Bart. in.l.filium.§.si
1 quis.ff.de legatis prestandis.quod aliter dixit ibi quam in.l.si quid ergo.§.cum autem.ff.de his qui notantur infamia.

Actus qui dicitur esse false gestus in capituio qualiter probet.Feli.
2 de probatio.c.tertio loco.nu.7.fo.71.

Actus nullus an faciat expirare iurisdictionem seu potestatem.vide
1 Feli.in.c.ex tenore.de rescriptis.verfic.Declara etiam omnia.nu.12. folio.104.

Actus factus circa res ecclesie sine cōsensu superioris si est vtilis ipsi
1 ecclesie valet:dummodo sequatur consensus superioris.ita Feli.in c.Edoceri.de rescriptis.ver.Dum dicit Abb.nu.8.fo.119.

Actus gestus per partem in iudicio nunq̃ nocet: & hoc qñ non fuit ab alia parte acceptatus ex quo habes notare q̃ si appellãs venit cõtra suam appellationem: & pars impugnat et non acceptat per hoc non videtur renuntiatum appellationi: & sic limitantur omnia iura que dicũt q̃ per actũ contrariũ quis renuntiat appellationi: vt in.c. gratum.de offi.deleg.fallit quando pars impugnat actum: ita Feli. in.c.capitulum.de rescrip.ver.& si diceres.nume.12.fo.153.& ver.con firmatur ista sexta limitatio.nu.eo.& fo.eodẽ.Adde tu an quis possit se fundare super eo quod impugnauit: & dic q̃ sic.videlicet quando ad alium effectum impugnat q̃ respectu illius super quo se fundat quod intellige quando impugnat ipsum factum sed solennitatem facti.quod bene nota.de quo vide domi.Abb.in.c.ex parte decani.de rescrip.in.v.notabili.

Actus factus ab incompetenti iudice si est confirmatus a superiore competenti valet: ita Feli.in rubri.de foro compe.in verficu.secundo fe'lit.nu.3.fo.31.

Actus nullus propter defectum cõsensus potest validari semper interueniente consensu.ita Feli.in.c.causam.de iudi.ver.Utrum aũt. nume.7.fo.15.

Actus qui requirit aliquam solennitatem si est factus sine solennitate an valeat.ponit Feli.in.c.causaz.de iudi.nu.8.ver.& ex predictis omnibus.fo.15.

Actus nullus an perpetuet iurisdictionem.vide que posui in litera. L.in.§.citatio inualida.

Actus qui debet expediri a duobus collegijs non sufficit quod maior pars iungendo vnum collegium cum maiori parte alterius: sed requiritur maior pars vtriusq; qz maior pars nõ reputatur mẽbrũ collegij.in hoc consuluit do.Abb.in consi.suo.lvij.inci.ex infrascriptis.Adde Feli.in.c.cum omnes.de consti.versi.Octauo fallit.nu. 18.fo.20.

Actus ne sortiat effectũ suũ qñ vniuersitas vult facere aliquid vnus solus de vniuersitate potest impedire: & sic sufficit ɔdictio minoris partis.tex.in.c.j.de his que fiunt a maiori parte cap.& ibi omnes scribentes.Feli.in.c.cum omnes.de consti.nu.18.ver.nono fallit. fo.20.

Actus vniuersitatis ad hoc vt valeat debẽt due partes simul conuenire ad minus.do.Abb.in.c.j.in fi.de his que fi.a ma.par.cap. adde Feli.in.c.cum omnes.de consti.versi.Extra gl.& do.Abb.nu.33.fo. 22.ibi in.vj.col.in ver.quero.vbi ponit an ad validitatez actus oporteat necessario quod interueniant due partes diuersitatis.& vide Feli.in.c.cum omnes.in ver.Secundo tangit.nu.34.col.xvij.fo.22.

Actus iudicialis primus qui solet fieri post contestationem litis habetur pro litis contestatione.& hoc in causis vbi lis non contestatur. ita gl.no.in.c.j.in verbo absentia.de elect.in.vj.Felin.in.c.cum. ad. ferrarien.de consti.ver.& hic incidenter.nu.9.fo.36.

Actus quilibet extraiudicialis põt fieri die feriato.Feli.in.c.cũ. ad. ferra.de consti.ver.Secunda conclusio.nu.32.fo.39.Bar.in.l.nõ solum.§.morte.ff.de no.ope.nun.in.vj.col.versi.nunc videamus.vide do.Abb.in.c.fin.de fer.in.vj.col.versi.de actibus extraiudicialibus.

Actus est nullus si in eo interuenit autoritas superioris qui nõ habebat autoritatem interponendi: & hoc habet locum etiã si ille actus posset expediri sine interpositione autoritatis superioris. Feli.in.c. cum ordinem.nu.1.fo.81.

Actus si est probatus validus nõ est necessario ꝓbare habilitatẽ psone.& not.q̃ pducens instrumẽtũ factũ ab aliquo nõ habet necesse probare q̃ ille qui cõtraxit erat habilis.de quo vide do.Abba.in.c. presentia.de proba.in.ij.col.in ver.nota singu.ex isto tex.adde Feli. in.d.c.in presentia.in versi.Jn tex.ibi quare cõstet.nu.11.fo.75.ij.pte.

Actus gestus cõtra legẽ est nullus.tex.est in.c.in noie dñi.de testi.et tex.cũ gl.in.c.iudex.x.dist.Bar.in.l.nõ dubiũ.C.de legi.in.ij.no.vbi etiam Bal.Fulg.& Pau.de ca.in.iiij.no.& hoc habet locum tam in lege q̃ in statuto: vt per scribentes in loco prealleg.de materia vide Anto.de butr.in.c.tua nos.de spon.duo.do.Abb.in.c.ad apostolicam.de regula.in.ij.colũ.in versi.sed contra hoc.& do.Abb.in.d.c.in nomine dñi.de testi.in.j.col.in ver.v.ti.no.Adde Feli.in.d.c.in noie dñi.in prin.nu.1.fo.98.in.ij.parte.& ibi per duas col.prosequitur materiã istã.vnde ibi Feli.in ver.no.ij.dicit q̃ omissio solẽnitatis habẽtis sequi post actũ nõ vitiat actũ pro iure.Adde q̃ etiam ius pretoriũ qõ phibet actũ fieri tunc actus non est nullus ipso iure vt est gl.

Actus qui requirit scripturam ad eius substantiam si scriptura perdita est: tamen actus potest probari per duos testes.de quo vide que posui in litera.S.in.§.scriptura que est de substantia actus.

Actus nullus pena posita facienti certũ actũ an habeat locũ ista pena qñ alias actus est nullus.vide Feli.in.c.tua nos.de iureiur.versi. Sed ɔtrũ videtur.& ver.Sed ex dictis.nu.6.& 7.fo.204.in.ij.parte.

Actus nullus non interrumpit prescriptionem.& hoc quando talis actus est necessarius ad interruptionem.de quo vide que posui in litera.P.in.§.prescriptio non interrumpitur per actum validum.

Actus nullus interrumpit prescrip.et hoc quando per tale actum quis constituitur mala fide: de quo vide que posui in litera.P.in.§. prescriptio non interrumpitur per actum inualidum.

Actus presumit factus tẽpore cõgruo ad hoc vt delictus euitet.do. ab.in.c.auditis.de prescri.in vlt.col.in ver.Bar.notãter dicit.Adde qõ idẽ tenet Bar.in.l.nõ solũ.§.sed vt probari.ff.de no.ope.nun.in j.col.adde Feli.in.d.c.auditis.versi.Jnquantum ab.nu.29.fo.55.

Actus factus cõtra iuramentũ vz.d.Abb.in.c.si diligenti.de pscri. in.ij.col.in versi.ego per hoc.sed ille debet puniri de periurio.Adde qõ idẽ tz gl.notabilis in.c.fi.de pcura.in.vj.in verbo reuocat9.Bar. in.l.cũ precario.ff.de preca.Ang.in.l.in ppetuũ.ff.de pcur.& Bar.& Bal.in.l.cũ duobus.§.idẽ rñdit.ff.pro socio.Bar.in.l.si qs.ff.de le. ij.in pn.Bal.in.l.j.C.de sac.san.ec.in fi.Ant.de but.in.c.cũ. ad. ferra.de cõsti.in.ij.col.do.Ab.in sermone habito in cõsilio Basiliẽsi in cip.maximũ onus.Adde qõ Bar.in.d.l.cũ duob9.§.idẽ rñdit.dicit quod qui facit actũ cõtra iuramẽtũ nõ solũ vz actus sz etiã ille nõ est periurus.Adde qõ cano.tenẽt cõtrariũ qõ imo faciẽs actũ cõtra iuramẽtũ.Jnn.in.c.dilecto.de preben.vbi etiã & alij.do.Abb.in.d.c.si diligenti.in loco prealleg.glo.in.c.fi.in verbo reuocatus.adde Feli. in.d.c.si diligenti.versi.ad illud de validitate.nu.3.fo.60.

Actus factus per collegiũ nõ inficit ꝓpter inhabiles qui ibi interfuere.ita dñs Abb.in.c.cũ sup.de offi.dele.in.iij.col.in versi.in hoc tñ põt sic distingui: & idẽ tz Jo.an.in reg.qõ alicui.de re.iu.in.vj.in fi.& do.Abb.in.c.fi.de procur.in.iiij.col.in ver.vlt.casus.vide per Feli.in d.c.cum super.ver.actus collegij.nu.8.fo.196.Adde ad ista si illi de capitulo admittunt inhabiles scienter an actus inficiatur.Jnn.posuit in.c.fi.de pcu.& ibi vide.do.Abb.i.iiij.col.in v.vnũ gñaliter puto.

Actus factus cõtra appellationẽ an tollat ipam appellationez: & sic videt quis renuntiare appellationi.que posui.s.§.actus gestus per partẽ: & in.§.appellans continuans.adde Feli.in.c.cum venisset.de testi.ver.Jn glo.j.in fi.nu.2.fo.120.in.ij.parte.

Actus primus qui solet fieri post contestationem litis vbi lis nõ cõtestatur tantũ operat quantũ litis contest.ita.d.Abb.in.c.insinuante.de offi.deleg.in fi.& sicut litis contestatio excludit dilatorias exceptiones.ita ille primus actus.quod idem tenet Jnn. Ab.& Ant.de but.in.c.si duobus.de ap.vide per Feli.in.d.c.insinuante.verfic.Jn quantum ab.nu.16.fo.199.adde quod talis actus excludit omne illud quod excludit ipsa contestatio litis vt ibi per Feli.

Actus nõ presumit celebratus vbi in actu requirit scriptura: & scriptura nõ apparet.ita.d.Abb.in.c.vnico.de lit.contest.in.iij.not.adde tu qõ de hoc est optimus tex.in.d.c.vnico.& Jnn.hic tz in.c.super his.de accu.in fi.do.Ab.in.c.qñ.in.xiij.col.de prob.& in.c.bone.el.j. in.ix.col.de electio.Lu.ro.in.l.sciendũ.in fi.ff.de ver.ob.adde Feliñ. in.d.c.vnico.in prin.nu.1.fo.52.qui idẽ tz: & dicit qõ partes si cõfiterẽtur qõ act9 fuit celebratus staret dicto eaz: ibi eũ vide no.& ibi tex.in l.ij.§.sed verũ.ff.de minorib9 Bar.in.l.iulianus verũ debitorẽ.ff.de cõdi.indeb.& rõ est: qz ius ptoriũ nõ est adeo potẽs ad annullanduz actũ sicut ius ciuile: ita Pau.de ca.in.d.l.nõ dubiũ.C.de lega.in.xx. col.& per ista infero: qz ex quo statutũ eporũ comitũ ducũ & baronuz sit ius pretoriũ, vt tenuit Bar.in.l.stipulationũ.ff.de verb.obl.in.ij. co.in ver.si vero.qõ tunc si tale statutũ phiberet nõ est ipso iure null9 act9: sed annullaret: & hoc qñ statutũ haberet clausulaz annullatiuã.

Actus reiterat9 qõ inducat pluralitatẽ delictorũ ponit Bar.in.l.in ficiãdo.§.infamis.ff.de fur.& i.l.nunq̃ plura.ff.de priuatis delictis. & aligd in.l.vulgaris.ff.de fur.Jo.an.in regla delictũ.de regu.iur.in sexto.Pe.de anc.in cõsi suo.v.Albe.in scõa pte statutoz.q.xlj.& seq.

Adde Feli.in.c.sicut.de testi.in primo notabili.nu.1.fo.111.in.ij.pte.

Actus qñ intelligat multiplicat9 ad hoc vt testis euitet crimẽ falsi. vide Feli.in.c.cũ tu.de testi.ver.scõo aduerte.nu.12.fo.112.in.ij.pte.

Actus ꝓfirmat9 a papa ex certa sciẽtia dz act9 sedis apostolice.c.si eũ. de preben.in.vi.bona gl.in.c.cũ venisset.de testi.in gl.j.vide Feli.in d.c.cum venisset.ver.Jn glo.j.in fi.nu.2.fo.120.parte.ij.adde do.de rota decisio.ccxxxiij.inci.papa.in nouis.

Actus quando retractatur an sit pena.vide que posui in litera.R. in.§.retractatio actus.

Actus qui est celebrandus vel expediendus capitulariter nõ sufficit qõ illi de capl'o seu de collegio separati cõsentiãt: sz est necesse qõ sint cõgregati: & cõsentiãt tãq̃ collegiũ.& istud hz locũ nõ solũ in electionibus p tex.in.c.in genesi.de ele.sz etiã in oĩ actu q dz expediri capitulariter.puta in pñtatione quã faciũt plures patroni de clerico.ita.d. ab.in.c.cũ oẽs.de cõsti.vbi gl.no.in gl.mag.in fi.in.v.col.in ver.& ade vnã.de quo vide Feli.ibi in.d.c.cũ oẽs.v.in ea.gl.ibi.nu.24.fo.31.

Et adde ad ista illa que posui in litera.C.in.§.collegiuz siue capl'm.

Adherentes qui dicantur: & dic qõ sunt illi qui sunt sequaces alteri9 et qui eius intentioni & operibus & consilijs et fauoribus assistunt.

Ange.in aut.de heredi.& falci.in.iij.col.vide Feli.in.c.olim.de accusatio.nu.1.fo.164.

Actus consistens in facto competit singulis de capitulo.Feli.in.c. irrefragabili.de offi.ordi.nu.2.fo.209.

Adiunctus datus vni ordinario non expirat potestas adiuncti per mortẽ pape.Cal.in disputa.que incipit.regino episcopo.glo.fi.in fi. in.c.P.et.E.de officio delegati.dicit quod iurisdictio prorogata assumit nuturam prioris iurisdictionis.Adde quod secus est in adiuncto

iuncto qui adiungitur delegato:quia re integra expirat iurisdictio vtriusq; ita Jo.an.in.c.cum plures.de offi.deleg.in.vj. Sed tamen ibi dicit q̄ hodie de stilo cancellarie qō adiunctio habetur perpetua: ⁊ sic perpetuatio facta per primū radicatur in secundo delegato adiuncto. Et idem tenet Domi.de sancto Gemi.in.d.c.cum plures. Feli.in.c.relatum.nu.5.versi.fallit primo opinio communis.de offi. delega.fo.192.

Adiunctus datus iudici delegato si delegat:an delegatus debet admittere ipsum subdelegatum cōiunctim:vide que posui in litera D. in ver.delegatus.

Ad instātiam.ista dictio ad instātiam tantū quātum si diceretur ad petitionem seu preces talis:et hoc not.quia facit ad multa maxime pro instrumētis ⁊ actis iudicij in quibus dicitur ad instātiam talis
2 promisit ⁊c.vide Feli.in.c.cum. AD.ferrariēsis.nu.2.ver.secūdo not. de consti.fo.35.

Administratio interdicta per sniam latā cōtra absentē prodigū valet imo statim ligat etiā nō notificatam. Fel.in.c.ceterum.de rescrip.
2 ver.octaua restrictio.nu.24.fo.76.

Administrator in aliqua re de qua agitur:⁊ nūc desijt esse an possit esse testis in dicta regu.d. Abb.in.c.insuper.de test.in.v.col. dicit q̄ inspiciendū est an talis administrator sentiat cōmodum aut incom-
2 modum:damnū aut vituperiū.adde Feli.in.c.insuper.ver.Sed vlterius per p̄dicta.nu.10.fo.103.in.ij.parte.char.cxxiij.vbi late de hoc ego aliqua ponam in litera P.

Aduersarius meus dicitur ille qui mecum cōtendit in litem etiam ciuilem.do.Abb.in.c.proposuisti.in.iij.not.de foro competen.⁊ ibi Anto.de butr. Et hoc not.pro statutis. Adde Feli.in.c.cum super. de offi.delega.versicu. AD oderū.hic.adde an ista inimicitia presumpta sufficiat ad repellēdum testem:dic q̄ nō nisi cum eo habeā litem criminalem:ita Specu.in titu.de teste.§.primo.ver.si vero odiosus.
2 vide per Feli.in.d.c.cum insuper.in versi.Sed caue quia talis.nu.2. ⁊.3.fo.196.

1 Appellatio potest interponi die feriato.Feli.in.c.cum. AD.ferrarie. de consti.versi.secūda conclusio.nume.32.fo.39.adde Feli.in.c.fi. de appel.in versicu.octauo queritur.nu.10.fo.123.vide glos.in.c.appellatio.de appel.in.vj.in verbo lecta.⁊ ibi Barto.et Bald.in.l.j.C.de fer.adde quod etiam appellatio potest fieri de nocte si potest haberi copia eius cui fienda est appellatio. Bal.in auth.hodie.in penult.col. C.de appel. Feli.in dicto.c.fina.de appel.in versi.octauo queritur.et
1 Feli.in dicto.c.cum. AD.ferrarien sis.versicu.Quarta conclusio.nume.34.vbi.s̄.

Adulter interfectus in casu a lege concesso:an interficiēs sit tutus in foro seculari in terris imperij. vide que posui in litera L.in.§. lex ciuilis.

Adulteria an tollant per ingressum religionis:puta maritus adulter ingreditur monasterium vxor eum petit ipse opponit de adulterio ipsa mulier replicat de adulterio:an isto casu adulteria mutua cō
1 pensatione tollantur. Feli.ponit in.c.fi.de cōsti.ver. Item per Jmo. nu.3.fo.60.

2 Adulterum ecclesia punit etiam vltra separationē thori.ita Feli.in c.cum sit.de foro compe.versi.Subdit AD aria.hic.nu.12.fo.35.adde do.Abb.in.d.c.cum sit.vj.col.

Adulter:an episcopus possit dispensare cum adultero. ⁊ etiam.s̄. adulterium.vide que posui in litera E.in.§.episcopus nō dispēsat. cum.ix.§.sequentibus.vbi habebis totam materiam:et etiam quid de incestuoso.

Adulter et incestuosus simul:an episcopus dispensat cum eo.vide que posui in litera E.in.§.episcopus an dispēsat cum adultero ⁊ incestuoso simul.

Adulteriū si cōmittit cū eadē persona pluries:an ille sit puniendus vna pena tātum:an vero pluribus penis:de quo vide que posui in litera F.in.§.fornicationem vtrum totius.

3 Adulteriū an semper fuit vetitum.vide Fel.in.c.quoniam.de simo. ver. Et ad predicta.no.13.fo.180.

Aduocatus potest esse illiteratus.Felin.in.c.sciscitatus.de rescript. ver. Et adde quod.nu.11.fo.96.adde Bart.in.l.j.ff.de var.et extraordi.cog.

Aduocatus qui fuit non pōt in eadem causa esse iudex:dūmodo p-
1 palauerit animū suū:ita Feli.in.c.irrefragabili.de offi.ordi.num.4. fo.220.adde tu pro limitatione quod licet aduocatus alteri? partis pōt a me recusari:tamen ego nō possum ppter hoc recusare illū qui fuit meus aduocat? si efficiat iudex:lz propalauerim ei oīa secreta:et est ratio:q; iudicat per pbata:ita glos.no.in.c.dilecto.de testibus.in verbo recusatus.secūdo limita q̄ lz aduocatus si efficiat iudex possit recusari:tñ si aduocatus aduersarij mei est cōmensalis iudicis vel familiaris nō potero eū recusare.tex.in.c.j.vbi glo.de offi.iudi.adde q̄ sicut aduocatus suspectus est iudex ita suspectus est si p̄duceret in testem.l.fi.ff.de testi.c.fi.de testi.in.vj.vide aliquas limitatiōes per Bal.in.c.ex literis.de transac.

Aduocatus potest compelli ad patrocinandum:ita Feli.in rub.de officio iudicis.num.1.fo.177.adde tu nisi cōditio personarum aliud persuaderet:vt puta vasallus contra dūm non compelleret aduocare nec cōsulere:q; diceret militare cōtra dūm no.q; aduocati dicunt militare.l.aduocati.C.de aduoca.diuer.iudi.adde etiam quod vbi litigans haberet malā cām:q; tunc aduocatus nō cogeret aduocare:nec cōsulere:vt in.l.rē nō nouā.§.fi.C.de iudi.adde etiam qō aduocatus nō cogeret aduocare cōtra affinē.l.vt affinitate.ff.de procur. adde etiā qō aduocatus nō cogit cōsulere in causa in qua fuit aduocatus:ita Bar.in.l.proxime.ff.de his que in testa.delen.

Aduocatus non cogitur ferre patrocinium gratuitum pro pauperi
1 bus.ita Felin.in rubri.de offi.or.numero.2.folio.177.⁊ in.c.j.de offi. iudi.numero.1. Et an possit compelli patrocinari gratis pro pauperibus et an pauperi competat actio ad patrocinandum ibidem. nume.2.⁊.3.

2 Aduocatus an possit contestari litem:ponit Feli.in.c.pastoralis.de iudi.nu.1.fo.23.

Aduocatus tenetur cliētulo suo leso ex sua ignorātia etiam si adhi-
2 buit omnimodam diligentiam ne noceret:ita Feli.in.c.pastoralis. de iudi.versi.dubito de dicto.nu.8.

2 Aduocatus assumens causam desperatam non excusatur:ita Feli. in capitulo pastoralis.de iudi.versiculo. de medio vero.numero.9. folio.21.

Aduocatus quando sit obligatus ad restitutionē salarij qō habuit a clientulo suo.vide per Feli.in.c.pastoralis.de iud.ver. Quādo autem.nu.8.fo.22.

Aduocatus illius cuius fautores sunt excōicati non est ipse excōicatus licet illum defendat nisi a die a quo incipit cognoscere iustam es-
2 se excommunicationem.ita Feli.in dicto.c.pastoralis.de iudi.nu.8. folio eodem.

Aduocatus teneā ad interesse parti si per imperitiā suā pars perdidit causam. Et hoc in foro conscientie. Ang.in repe.l.si vacantia.C. de bo.vacan.lib.x.in.v.col. Jo.de ana.in.c.excōicamus.de here.in.v. col.vide per Feli.in.c.pastoralis.§.q; vero.de offi.deleg.ver.propter consilium iustum.nu.22.fo.204.

3 Aduocatus calumniosus qualiter puniatur.Feli.de accu.c.accusasti.nu.2.fo.35.

Aduocati absentia an sit sufficiēs causa vt pars habeat dilationem: vide que posui in litera D.in.§.dilatio an sit danda.

Aduocatus prohibitus ne possit aduocare vtrū possit consulere in camera:vide que posui in litera D.in.§.doctor qui est prohibitus.

Agens ad cōsequendū beneficiū non pōt illud cōsequi neq; habere etiā si probet qō aduersarius nullum ius in eo habeat nisi ipse pbet
2 bñficij tã obtẽti ꝙ ipetrati.ita Fel.in.c.ad aures.de rescri.in v.sexta ꝯclusio.nu.10.fo.90.adde ꝙ habeo qõ mot⁹ pprius nõ firmat gratiam ɔ presumptã intẽtionẽ cõcedentis. Jo.an.in.c.si motu pprio de prebẽ.in.vj.d.Ab.in.c.cũ olim.de re iud.in.vj.col.in ver.an autẽ. consídera quomodo potest procedere opi.Fel.in.d.c.ad aures.
Motus pprius an faciat vt taciturnitas cure nõ vitiet literas datas ad beneficia:pone papa proprio motu cõcedit beneficiũ ꝛ nõ facit mẽtionẽ in literis ꝙ beneficiũ sit curatum an valeat gratia.vide
1 Fel.in.c.ad aures.de rescrip.in versic.quinta conclusio.nu.6.fo.89. adde tu qõ motus proprius cum clausula generali nõ obstantibus statutis tollit omnia impedimẽta ꝛ obstacula a statutis eccl'ie inducta.sed ratio tollit impedimẽta iuris communis vt tenẽt.Jo.in.c. j.de fil.presby.in.vj.ꝛ ibi Jo.de imol.
Motus proprius nõ facit vt gratia comprehendat beneficium iuris patronatus nisi in ea expresse dictũ sit ꝙ acceptare possit beneficium iuris patronatus.ita Feli.in.c.ad aures.de rescrip.in ver.ter-
1 tius casus.nu.8.fo.90.
Motus proprio⁹ nõ facit valere gratiã in qua expresse sunt qualitates beneficij falsę puta dicit beneficiũ simplex ꝙ erat curatum vel di
1 cit valoris ducẽtorum ꝙ erat valoris quingẽtorum.ita Feli.in.c.ad aures.de rescrip.in ver.quartus casus.nu.9.fo.10.
Motus proprius firmat gratiã etiã si in ea nulla est facta mẽtio va
1 loris beneficij tam obtẽti ꝙ impetrati.ita Fe.in.c.ad aures.de rescr. in versi.sexta conclusio.nu.10.fo.eo.
Motus ppri⁹ tollit statuta iurata ẽt si nulla sit facta mẽtio de iura
1 mẽto. Fe.ĩ.c.ꝙstitut⁹.de rescr.in v.limita q̃rto nisi vltra.nu.7.f.110.
Motus ppr̃ius nõ inducit dispensationem qñ obstaculũ iuris est
2 tale ꝙ indiget dispẽsatione.Fe.in.c.constitutus.de rescri.in versi.alleg.Adde ista ad intelligentiam cle.si Romanus.de preben.
Mot⁹ ppri⁹ excludit solũ surreptionẽ neq; aliud operaĸ vltra intẽtionẽ ꝙcedẽtis.d.Ab.ĩ.c.cãm que lo.ij.de testi.in.ij.col.in v.gl.ij.ta-
2 cite rñdet.ꝛ istã opi.d.Ab.tenuit añ eũ.d.Lar.in ꝙsi.suo.xxxvij.qõ inci.papa vniuit.vide Feli.in.d.c.cãm q.in ver.in gl.pe.nu.2.fo.17.

parte.ij.adde tñ ꝙ ɔ opi.istoz põt dici ꝙ imo mot⁹ proprius extẽdit gratiã vltra pñsumptã intẽtionẽ cõcedẽtis:vt est tex.in cle.si Romanus.de preben.de quo passu vide Fel.in.d.c.cãm que.in ver.predicto.Et ẽt ꝙtra istos põt adduci tex.in.l.qui aũt.ff.si quis cau.vbi probaĸ ꝙ priuilegiũ cõcessum motu proprio trahiĸ ad litis pendentiam.ꝛ sic vltra intẽtionẽ concedentis.Felin.in.d.c.cãm que.in ver. Tertio aduerte.nu.5.fo.eo.de isto casu an priilegiũ cõcessum motu proprio trahatur ad litis pendentiã.vide que posui in litera P.in §.priuilegium lite pendente impetratum.ibi habebis multa que faciunt ad totam materiam de motu proprio.

Mulcta q̃ fit a iudice ppter ꝙtumaciã ptis nõ dz fieri nisi facta citatiõe de nouo.ita Fel.in.c.j.de iud.ĩ v. mulcta vero.nu.9.fo.3.adde qõ fallit ṗmo vbi mulcta ꝙcernit ꝓcessum.qz poterit ps mulctari sine citatiõe.scõo fallit vbi iudex q citauit partẽ cõminat⁹ est se mulctaturũ qz si non cõparuit ex ṗma citatiõe poterit eũ mulctare.tertio fallit in excõicato. quarto fallit vbi notorie ꝙstat de cõtumacia in iudicio.qz tũc nõ est amplius citãdus circa istas fallẽtias.vide Fel.in.d.c.j.de iudi.in ver.fallit ṗmo.adde ad ista quid erit in cõdẽnatione expensaz ratione contumacie.vide que posui in litera E.in.§.expense.
Mulcta que fit ex officio iudicis:ꝛ ꝙdẽnatio expensarũ q̃ fit ratiõe
2 cõtumacie in quib⁹ differãt.ponit Fel.in.c.j.de iud.in versic.prima conclusio.nu.10.fo.3.qõ no.quia facit multa.
Mulctã an iudex possit apponere in primo decreto nõ parẽti et sic data ꝙtumacia vtrũ iudex possit ĩponere mulctã sine noua citatiõe. vide.d.Abb.in.c.ij.de testi.cog.in.ij.col.in ver.no.ꝛ tene mẽti.adde Bar.in.l.j.ff.si quis ius di.nõ obtẽ.in.iij.col.in ver.sed q̃ro.Bart.
2 Ang.Jmo.in.l.filiussa.§.diui.ff.de leg.j.vide late p Fel.in.d.c.ij.in ver.item per istum tex.nu.2.fo.150.parte.ij.vbi posui additionem.

Mulier obligaĸ ex fideiussione etiã si non sit certiorata de bñficio velleiani ꝛ hoc si iurauit.ita.d. Ab.in.c.ex
2 rescripto.de iureiur.in.iij.col.in v.tertia solutio.vide Fel.in.c.ex rescripto in ver.adde Lud.ro.nu.16.fo.202.an aũt mulier possit renũtiare beneficio velleiani sine iuramẽto. Dic ꝙ sic si pri⁹ fuit certiorata. Jmo.in.d.c.ex rescripto.ꝛ ibi Fel.in versi.in gl.pe.nu.17.fol.eo.
Mulieres que nõ sunt honeste licet sint perite:non admittunĸ ad
2 testificandum de virginitate.Fel.de proba.c.cãm.nu.5.fo.97.
Mulier que iurauit cõtrahẽdo excludiĸ a beneficio restitutionis in integrũ.ita Lud.ro.in.l.sciendũ.ff.de ver.obli.in.x.col.qz iuramẽtũ tãtũ opaĸ quãtũ si fuisset mulier certificata de bñficio puta velleiani.ꝛ idẽ tz Ant.de but.in.c.si diligenti.de fo.cõpe.in.vj.col. Archi. ꝛ Jo.an.ĩ.c.ij.de pac.in.vj.Pau.de ca.in.l.fi.circa fi.ff.advel.d.Ab. in.d.c.si diligẽti. in.vj.col.Bar.in.l.si quis ꝙ eo.ff.de fideiuss.ĩ.v.mẽbro.adde Fel.in.c.ex rescripto.de iureiu.adde Lu.ro.in.v.col.adde an mulier vel minor possit petere relarationẽ vel absolutionẽ istius iuramenti.vide.d.Abb.in.c.cum contingat.de iureiur.
Mulier.an in ea cadit inimicitia.tex.in.l.j.C.de his qui se defe.li.r. ꝓbat ꝙ sic.vnde Ang.ibi dicit ꝙ statute statuto ꝙ quis debeat habere pacẽ cũ herede vel successore offensi ita debet habere pacẽ cũ mu-
3 liere:sicut in masculo.vide Fel.in.c.cũ oporteat.de accu.in ver.nũqd autem inimicitia.nu.4.fo.150.
1 Mulier potest esse diaconissa nõ tñ vt ordinet.ita Feli.in.c.dilecta. de maio.ꝛ obe.in ver.sed dices.nu.4.fo.232.
1 Mulier si ordinaretur nõ reciperet characterẽ.ita Fel.in.c.dilecta. de maio.ꝛ obe.circa fi.nu.5.fo.eo.
Mulier nõ põt ĩcurrere irregularitatẽ.Fe.ĩ.c.dilecta.ò ma.ꝛ obe.eo.
2 Mulier q̃ est nupta si hz rẽ cũ clerico efficiĸ de foro ecclesie.Fel.in.c. cum sic.de fo.compe.in ver.subdit materia hic.nu.12.fo.35.
Mulier mantellata an dissoluat matrimonium non consummatũ. vide que posui in litera M.in.§.Meremitica vita.
Mulier nõ potest renũtiare statuto ꝙ disponit circa solẽnitates re
2 quisitas in cõtractibus mulierũ.ita Fel.in.c.si diligenti.de fo.cõpe. in versi.secundũ corrollariũ.nu.8.fo.37.adde tu pone qõ mulier cõtraxit nõ seruata forma statuti circa solẽnitatẽ ꝛ renũtiauit illi statuto seu solẽnitati cũ iuramẽto an talis ꝙtractus valebit.vide q̃ posui in litera C.in.§.contractus minoris.
2 Mulier an possit predicare cũ licẽtia epi.vide per Feli.in.c.ij.de iudi.in ver.an laicus possit.nu.7.fo.4.
2 Mulier impudica põt litẽ cõtestari per ꝓcuratorẽ.ita Fel.in.c.pastoralis.de iudi.in ver.subdit hic.idem.d.Abb.nu.4.fo.23.
2 Mulier impudica pdit dotẽ:ꝛ etiã bona paraphernalia.ita Fel.in c.pastoralis.de iudi.in ver.mulier impudica.nu.5.fo.eo.
Mulier pregnãs dr valitudinaria.l.inuiti.ff.de test.iõ poterit eraminari lite nõ cõtestata.de quo vide que posui in litera V.in.§.valitudinarius.Adde ẽt ꝙ tex.in.l.ij.§.sz ꝛ si.ff.si quis cau.dicit ꝙ mu-
2 lier pregnãs dicitur valitudinaria.idẽ tenet Fel.in.c.qñ frequenter vt lite nõ cõte.in ver.Et not.ꝙ mulier pregnans.nu.6.fo.160.alias est.§.qñ frequẽter.Limita tu nisi esset graui da paucorũ dierũ.scõo limita nisi esset mulier rustica:qz nõ ita de morte ipsius timeret:ita Fulgo.in simili in.d.l.ij.§.sed et si.ff.si quis cau.

Mulier pōt esse testis de iure canonico ī causa ciuili: ⁊ etiā in causa criminali ciuiliter mota. ita gl. in. c. qm̄. de testi. secus in cā criminali criminaliter mota. c. mulierem. xxxiij. q. c. v. ca. forus. de verbo. signi.
2 do. Abb. in. d. c. qm̄. in ver. op. ⁊ videt. vide Fel. in. d. c. qm̄. in princi. nu. 1. fo. 100. parte. ij. tm̄ fallit hoc in casu. c. tāta. de simo. adde qō de iure ciuili mulier potest esse testis in causa ciuili ⁊ criminali criminaliter mota. Spe. in ti. de teste. §. j. ver. itē q̄ est mulier. vide latissime p
3 Feli. in. d. c. qm̄. in ver. p̄dicto. Adde q̄ inquantū dixi q̄ mulier pōt esse testis in cā ciuili q̄ hoc fallit in testamentis. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testam. sed istud nō procedit in codicillis. Felin. in. d. c. qm̄. in versicu. fallit primo. Adde quid in testamento inter liberos. an mulier possit esse testis. Bar. in. l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto. C. de testamē. dicit q̄ mulier pōt esse testis in testamento cōdito inter liberos. ⁊ idē tz Bal. in aut. q̄ sine. C. de test. istud idē tenet Fe. in. d. c. qm̄. nu. 3. char. cxxj. adde tu ⁊ tenendo opinionem istā q̄ mulier possit esse testis in testamento inter liberos. an hoc habeat locū in filijs naturalib⁹ aut spurijs. vide per Bal. ⁊ Ang. in. d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de test. ⁊ ibi. d. Ale. in. ij. col. adde. et an hoc habeat locū in testamēto matris. Et quid in naturalib⁹ filijs. vide p. d. Ale. in. d. §. ex imperfecto. adde etiā an. d. §. ex imperfecto. habeat locum inter filios ⁊ filias q̄ dotate sunt et ex forma statuti exclusę. vide do. Aler. in. d. §. ex imperfecto.

Mulier an possit esse testis in cā criminali. vide q̄ posui. s. in. §. mulier potest esse testis de iure canonico.

Mulier an possit esse testis in testamēto condito inter liberos. vide que posui. s. in. §. mulier potest esse testis de iure canonico.

Mulier an possit esse testis in codicillis. vide que posui. s. in. §. mulier potest esse testis de iure canonico.

Mulier an possit esse testis in testō condito inter liberos naturales aut spurios. vide q̄ posui. s. i. §. mulier pt esse testis de iure canōico.

Mulier nō cognita a viro ab sit restituenda viro intētanti iudiciū
2 possessorium. Fel. in. c. causam. de proba. nu. 3. fo. 97.

Mulier an possit esse testis in testamēto matris que fecit testamentū inter liberos suos. vide q̄ posui in. §. mulier pōt esse testis de iure canonico ⁊ ibi etiam quid de naturalibus.

Mulier an possit esse testis in testō inter liberos exclusos ex forma statuti vt puta q⁹ filie sint dotate. vide. s. in. §. mulier pōt esse testis de iure canonico.

Mulier an possit esse testis in testō ad pias causas. Ang. in 2si. suo xxij. tenet q̄ sic. idem tenet Bal. in repe. l. j. C. de sacrosan. eccle. in. xj.
2 col. in ver. cōm est dubiū. Feli. idē tenet in. c. qm̄. de testibus. in ver. Item nō procedit in testō. nu. 3. fo. 100. par. ij. q̄uis ibi dicat q̄ Ro. in. d. aut. si mulier. C. ad leg. fal. aliter dicat.

Mulier pregnans si bānit nō cōprehendit partus. vide q̄ posui in litera M. in. §. homo nondum natus.

Mulier phibita per statutū testari irrequisitis filijs vel nepotibus
1 in casu necessitatis nō tenet eos vocare. Fel. in. c. translato de constitutio. in versi. Et p istis facit elegans consiliū. nu. 12. fo. 16. adde qō ista tenuit Ro. per plura similia in consi. suo incip. presuppositō.

Mulier bānita an possit adulterari ex quo per statutum pōt occidi vbi est statutū q̄ bānitus pōt impune offendi. Dic q̄ nō q⁹ adulte-
1 rium nūquam fuit permissum de iure diuino. Fel. in. c. que in ecclia-rum. de consti. in ver. limita eam primo p̄m omnes. nu. 10. fo. 23.

Mulier que est priuata ciuitate ex forma statuti in quo cauet q̄ oēs mulieres seu vxores bānitorū priuentur patria habent locū viuente marito mortuo marito possunt redire ad suas ciuitates. Fel. in. c. q̄ in ecclesiarū. de consti. in versi. secūda declaratio. nu. 22. fo. 21.

Mulier que alienare nō pōt ex forma statuti: an extēdatur ad repu
1 diationē donatiōis nō acceptate. Feli. in. c. que in ecclesiarū. de consti. in ver. similiter consuluit Pau. de ca. cōsi. xj. nu. 33. fo. 25. adde q̄ ratio huius statuti reddi non potest. sed Bal. in. l. ij. C. de adop. ⁊ in l. ij. C. de rescin. ven. dicit q̄ statutū quod prohibet mulierem alienare nō posse habuit respectum ad fragilitatem sexus ⁊ ad imbecillitatem intellectus.

Mulier seu minor qui nō pōt ex forma statuti obligare se seu 2trahere sine cōsensu duorū proximorū si requisiti denegāt 2sentire potest superior cā cognita licentiare minorē seu mulierē: vt cōtrahant.
1 Feli. in. c. cum accessissent. de consti. in versic. Tertio restringitur. numero. 20. fo. 33.

Mulier que nō potest cōtrahere vel testari ex forma statuti sine con
1 sensu proximorū: an poterit donare ecclesie sine solennitate illa. Fel. ponit in. c. ecclesia sancte Marie. de constitu. in versi. alia autez opi. numero. 83. fo. 51.

Mulier cui relictum est legatum si nupserit cum cōsi. alterius puta titij si nubat sine eius arbitratu: an debeatur legatū: quid si mortu⁹ est titius anteq̄ nubat. vide Fel. in. c. ex parte. de consti. in versic. Et ampliatur predicta. nu. 1. fo. 58.

Mulier succedēs in dignitate efficit capax iurisdictiōis. ita Fe. in. c. dilecta. de ma. ⁊ obe. in prin. nu. 1. fo. 232. adde qō quedā sunt dignitates seu officia mere psonalia. ⁊ illa mulier pōt habere. l. femine. ff. de senato. Adde bonū tex. in. c. dilecti. de arbi. et in. c. significauit. de rescrip. Et de materia vltra hic scribētes. vide in. c. noua. de pe. ⁊ remis. Adde q̄ etiā mulier potest habere dignitatē cū administratiōe in duob⁹ casibus. primo q̄n princeps concessit: ⁊ in rescripto dicat nō obstāte tali lege. secūdo ex cōsuetudine alias secus: vt in. l. fi. C. de arbi. Adde an mulier possit eē executrix in testamēto dic q̄ si istud officiū est explicandum in iudicio nō pōt. vt in. l. aliena. C. de procur. si autem est explicandum extra iudicium tūc potest. l. ij. §. j. ff. de negest. et Bar. in. l. femine. ff. de re iudi. Adde tm̄ qō aliqui tenuerūt in distincte q̄ fauore defunctorū possit. de quo passu vide per Bar. in l. a filio. in principio. ff. de ali. ⁊ cibaria lega.

Mulier non pō habere curam animarum quo ad exercitiū actuale.
1 tm̄ ius cure pōt competere monasterio monialiū. Fel. in. c. dilecta. de ma. et obe. in prin. nu. 1. fo. §. alleg.

Mulier canonica regularis an dicatur psona religiosa et gaudeat
1 priuilegio canonis si quis suadēte. ponit Feli. in. c. dilecta. de maio. et obe. nume. 2. fo. eo.

Mulier non potest exercere ea que sunt ordinis. Feli. in. c. dilecta. de maio. ⁊ obe. in versi. no. bene dicta Ab. vbi. §. nu. 3. vide que posui in litera A. in. §. abbatissa.

Mulier an possit esse testis in apocha. ⁊ sic se subscribere ī scriptura priuata vt quotidie fit in cōtractibus Bal. tenuit q̄ nō in. l. scripturas. C. qui po. in pig. ha. vide Fel. in. c. qm̄. de testibus in versi. fallit ter-
2 tio. nu. 4. fo. 100. parte. ij.

Mulier in illis casibus in quibus potest esse testis min⁹ probat q̄ mascul⁹ vnde si sunt ex vna parte duo masculi ex alia due femine testimoniū masculorum preualet. ita. d. Abb. in. c. forus. in. iij. not. de
2 verbo. signi. Bal. in. l. fi. ff. de fide instru. adde Fel. in. c. qm̄. de test. in ver. Et no. q̄ his casibus. nu. 5. ibidem.

Mulier poterit deponere ⁊ examinari in testē in domo sua parte nō citata. de quo vide q̄ posui in litera P. in. §. pars est citanda quando iudex mittit.

Mulieres deferēdo annulum: an per hoc probent q̄ sint maritate. vide que posui in litera A. in. §. annuli delatio.

Mulieres an possint nutrire infantes iudeorum extra domū. vide
3 Fel. in. c. ad hec. de iudeis. Et que posui in litera N. in. §. nutrices an possint.

Multitudo tolerat̄imo parcit. gl. iij. ī. c. dilect⁹. el. ij. de simo. ibi Fel. in v. in gl. iij. nu. 3. f. 174.
3 Adde q̄ hoc fallit qn̄ multitudo defenderet delictū. gl. in. c. cōmessatiōes. xliij. di. Itē fallit qn̄ est delictū maximum. Archi. in. c. deniq̄. iij. di. Itē fallit qn̄ eēt multitudo religiosorū. Host. ī. c. ea q̄. de stat. mona. Itē fallit qn̄ logmur de pena eterna. gl. in. d. c. deniq̄. Itē fallit qn̄ delictū nō est cōmissuz sed cōmittendū. Bar. in. l. aut facta. §. nonnūquam. ff. de penis. Item fallit quando cessaret scādalum: q⁹ eo cessante posset puniri etiā multitudo. gl. in. c. latores. de cle. excō. mini. Itē fallit qn̄ in multitudine peccātium essent aliqui principaliores quia illi possunt puniri gl. in. d. c. latores. vide Feli. in. d. c. dilectus. el. ij. vbi. §.

Multū tps q̄ dicat Fe. ponit in. c. plerunq̄. de rescrip. nu. 1. fo. 125.
1 Adde tu q⁹ multū tps ponit aliquādo p quinquēnio aliqn̄ p biennio. l. in 3ctib⁹. C. de nō nu. pe. quādoq̄ pro quadriēnio. Angel. in aut. hodie. C. de repu. gl. in. c. ad nostrā. de re. eccle. nō alie. ⁊ gl. in. c. latores. de cle. excō. mini. quādoq̄ pro triennio. l. j. ⁊ ibi Bald. C. de fideicō. Adde tu q̄ ex istis apparet q̄ duo dicunt multi tm̄ nō dicūtur plures. tex. est in. c. christiano. xxxiij. di. adde. d. Ab. in. d. c. ad nostram. de reb. eccle. non alie. in. j. col.

Multimētorū appellatiōe veniūt etiā testes. Fel. in. c. puenit. el. j. de
2 testi. cōg. in ver. an autē appellatione. nu. 3. fo. 151. parte. ij.

Mutatio nominis quando liceat. vide Feli. in. c. ea que. de simo. in
3 prin. nume. 1. fo. 170.

Mutuū si est probatū p cōfessionē an agēs debeat obtinere etiaz q̄ non probauerit numerationē. vide que posui in litera C. in. §. cōfessio mutui recepti.

Narrata in libello copulatiue: an sit necesse probare omnia an vero sufficit probare necessaria. d. Abb. in. c. licet. de proba. in. xij. col. dicit q̄ sufficit probare necessaria. ⁊ illud etiaz tenet ibi Ant. de bu. ⁊ Imo. ⁊ Pe. de anch. in. c. presentiū. §. testes. de testi. in. vj. d. de Ro. conclu. lxxxvij. in no-
2 uis. adde Fel. in. d. c. licet. in ver. glo. in verbo astrinxit. nu. 40. fo. 86. parte. ij. Et adde que posui in litera Q. in. §. qualificate plura. Adde q̄ fallit ista cōclusio vbi aliqua qualitas sit narrata in libello que
2 sit de substātia act⁹ q⁹ vtrūq̄ dz pbari. Feli. in. d. c. lz in versi. secūdo limita. nu. 4. fo. eo. Itē fallit vbi qualitas est adiūcta cause p̄ncipali. Et vide de hoc Fel. in. d. c. lz. in ver. tertio limita. nu. 42. ibidē. Fallit etiā ista cōclusio vbi pars tacite vel exp̄sse astrinxisset se ad pbandum plura quorū quodlibet sufficiebat: q⁹ isto casu iudex nō potest sentētiare. sed dz absoluere partē etiā si vnū plene pbatū fuerit. do. Ab. in. d. c. licet. de pba. in. xij. col. in ver. vltimo glo. querit. Feli. in

d. c. licet

1 d.c.licet in verſi.ſecūda cōcluſio.col.pe.nu. 43.fo.eo.intellige tñ iſta ſano modo qñ pars propter iſtā ſolutionem non locupletaretur cū iactura aliena q2 ſi iudex hoc videret dz ꝓnūtiare ſup eo ꝙ eſt ꝓbatum.do.Abb.in loco preallegato.ꝛ Fel.etiam in.d.verſi.

1 Narratio facit ꝙ oīa videnť cōceſſa que ſunt narrata. Fel.de reſcri. c.ſuper literis.nu.9.fo.113.

Narrare in libello ſufficit que ſit cauſa agēdi nec eſt neceſſe dicere re-
1 plicationē que cōtra exceptionem opponi poſſet. Fel.de libel.obla. c.dilecti filij.in prin.nu.1.fo.51.

Naturalis obligatio parit actionē.d.Ab.ī.c.ex reſcri-
pto.de iureiu.ī.iij.no.ꝛ iſta notabis ad ma-
2 teriā.c.j.de pac.vide Fel.in.d.c.ex reſcri.in prin.nu.1.fo.201.

Naturalis obligatio ſi deducit in obligationē ciuilē cōmittit vſura q2 ex tali obligatione nō pōt quis accipere aliquid vltra ſortē ſed ex obligatione naturali poteſt bene accipere aligd vltra ſortem tanꝙ
2 obligat9 ſit ille q accepit ad antidota.Fel.in.c.ad audiētiā.de reſcri. in ver.fallit ſecundo.nu.10.fo.106.

Naturalis filius an excludat ſubſtitutuz.vide que poſui in litera F. in.ſ.filius naturalis.

Naturales an veniāt appellatione filiorū tam in penalibus ꝛ odioſis ꝙ in fauorabilibus ꝛ tam in diſpoſitione legali ꝙ tutoria ꝛ ꝙtractibus.vide que poſui in litera F.in.ſ.filiorum appellatio.

Naturales an ſint de domo de familia vel de tali gñe ꝛ vtrū cōpreh̄ dank ſub ſimilib9 terminis.vide p Fel.in.c.in pſentia.de prob.in ver.
2 quarto inquātum.do.Ab.nu.23.fo.76.parte.ij.

Naturales an ſuccedāt in emphyteuſim cōceſſaz ab eccl'ia.vide q̄ poſui in litera E.in.ſ.emphyteuſis cōceſſa ab eccl'ia ꝛ qd de emphyteuſi conceſſa a priuato ibi.vide in.ſ.ſeq.

1 Naturales dicunť cōiuncti ꝛ veniunt appellatione cōiunctorū. Fel. in.c.nōnulli.de reſcri.in.ſ.ſunt ꝛ alij.in ver. Predictis obſtāt duo. nu.58.fo.147.Et ibi poſui additionem ad Feli.adde tu Bar.in.l.ij. ff.de act.in.j.col.

Natus in aliqua ciuitate ex parētibus qui nō cōſtituerunt ibi domicilium ſed erāt trāſeuntes vel ad tp̄s trahebant ibi moram nō dicit
2 ciuis illius ciuitatis.Fel.in.c.rodulphus.de reſcrip.in verſic.Hanc cōcluſionem limita.nu.13.fo.172.in materia iſta vide q̄ poſui in lr̄a F.in.ſ.filius quantūcunqz.

Natus in domo ex vxore p̄ſumit filius mariti.ꝛ idē eſt ex concubina retēta in domo:q2 p̄ſumit filiꝰ cōcubinarij.vide q̄ poſui in lr̄a F.in ſ.filius natus ex vxore.ꝛ in.ſ.filius natus ex cōcubina.

2 Nati duo eodē tpe qs eorū dicať primogenit9.ponit Fel.in.c.capitulum.de reſcrip.in verſi.de duobus natis.nu.19.fo.154.

Nauis tracta vi vētorū ad locū vbi nō erat de mēte nō teneť ibi ſol-
2 uere gabellas.vide per Fel.in.c.ij.de cōſti.in verſi.vltimo inquantū dicunt.nume.22.fo.14.

Naufragiū repertū ſi nō reſtituit cōmittit furtū.ita no.do.Abb.in c.cū dilecti.de accu.in ver.in glo.ꝛ idē tz ibi Ana.ſed facit cōtra hoc tex.in.l.falſus.ſ.furtū.ff.de fur.ſed vide Bar.in.d.l.falſus.ſ.q alienum.ꝙ aut res ex naufragio erat habita p derelicta ꝛ eam retinēs nō cōmittit furtum ſi vero res non erat habita pro derelicta ſz fuit
3 proiecta vt euaderet periculū tūc proiiciēs remanet dñs et occupās animo retinēdi cōmittit furtū.adde Fel.in.d.c.cū dilecti.in verſi.in glo.in verbo dilapidationem.nu.5.fo.149.

Neceſſitas facit vt res q̄ nō dz expediri ſine ꝙſenſu putaſupioris ꝙ poterit expediri abſqz cōſenſu:pone ꝙ prelat9 ex magna neceſſitate cogiť vēdere bona eccl'ie dico ꝙ ſi imminet neceſſitas alienādi adeo ꝙ nō pōt ſupiorē cōſulere: poterit iſto caſu plat9 alienare incōſulto ſupiore etiā iuramēto non
2 obſtāte.d.Ab.in.c.ſi.ver.oīa p̄dicta.de eccle.edifi. Feli.in.c.cū acceſſiſſent.de cōſti.ver.iij.reſtringitur dictū.nu.20.fo.33.

3 Neceſſitas grauis que dicať ad hoc vt habeat excuſare.vide p Feli. in.c.iij.de offi.dele.ver.capio glo.primam.nu.3.fo.181.

Neceſſitas excuſat a piurio ꝛ a multis alijs delictis ꝛ ꝓpter neceſſitatē tollit lex ꝛ ēt ſtatutū.de hoc habes bonū tex.in.c.ij.de obſerua.
2 ieiu.vide Bar.in.l.diu9.ff.de pe.her.vide Feli.in.c.q̄relā de iureiur. verſi.in glo.in verbo neceſſitate.nu.21.fo.203.

Neceſſitas facit vt nō appelletur gradatim.c.ſi is cui.ꝛ.c.ſi a ſubde-
2 legato.de officio delega.in.vj.Fel.in.d.c.querelam.de iureiuran.in dicto verſicu.

Neceſſitas facit ꝙ laic9 poſſit baptizare ꝛ pōt cōferre ſacramēta.de
2 quo vide Feli.in.d.c.querelam.de iureiur.in ver.predicto.

Neceſſitas facit vt qs poſſit venire cōtra proprium iuramētū etiam licitū ꝛ hoc q̄ñ nō habet ſuperiorem qui poſſit eum abſoluere:vt puta q2 nō eſt in loco.ita Inno.in.c.venerabilem.in.ij.col.de electio.et
3 Feli.vbi.ſ.verſi.prece.

Neceſſitas excuſat a ſimonia ēt in ſpūalib9.d.Ab.in.c.cum in eccleſie.de ſimo.vbi dicit ꝙ puer pro baptiſmo recipiēdo licite dat pecuniā ſacerdoti.ꝛ alle.gl.j.q.j.ī.c.baptizādis.addeibi Feli.in.j.no.vbi dicit ꝙ hoc verū eſt dūmodo iſta neceſſitas ſit ieuitabilis. Et idē tenet do.Ab.ibi.ꝛ vide gl.ſi.in cle.j.de baptiſ. Et.S.Tho.in.iij.diſt. v.q.ij.ar.ij.adde an licite poſſit dari pecunia pagano ꝓ baptiſmo recipiendo.vide do.Abb.in.d.c.cum in eccleſie.in ſi.

1 **Negatio** facit rem dubiā.Feli.in.c.ſi clericꝰ laicū.de foro cōpe.in prin.nu.1.fo.32.vbi dicit ꝙ fallit hoc in notoriis ꝛ in extraiudicialibus.vide eum ibi.

1 Negās rem eſſe feudalem que erat perdit feudū.ita Fel.in.c.ceteruz de iudicijs.in ver.negās rem eſſe feudalem.nu.18.fo.11.

2 Negatio an poſſit reuocari inuita pte vel iudice.vide p Fe.ī.c.cetex. de iud.in ver.an aūt talis negatio.nu.19.fo.eo.adde tu ſi reꝰ in prīa cōparitiōe negauit ꝛ ī alia ꝙparitiōe poſtea vēit:ꝛ vult ꝙfiteri vt habeat bñficiū ꝙfeſſiōis ex forma ſtatuti p̄t dicere iudex vel actor nolo ꝙfeſſionē tuā.ꝛ ita tenuit Bar.ī.l.eū q in.j.col.in v.ſcōo no.vbi facit talē illationēvcz' ꝙ ſi reꝰ ꝙuēt9 in actiōe q̄ creſcit p ificiationē in prīa cōparitiōe negat poſtea vēit ꝛ vult ꝙfiteri.vt habeat bñficiū ꝙfeſſionis ex forma ſtatuti.ōt ibi Bar.ꝙ iudex vl'ps poterit repellere reū. ꝛ dicere nolo tuā ꝙfeſſionē.q2 ꝙdēnatio tua minueret.adō ꝙ ꝺ Bar. multi tenuerūt.tu dic ꝙ cōiter teneť opi.Bar.cū limitatione ꝙ poſt ꝙteſtationē litis nō poſſit cōfiteri nō ſolū in terminis ſtatuti.ꝛ ſic q̄ſi velit ꝙſequi premiū ſed ēt in terminis in qbus loquiť illa lex.eū qui. vñ dic ꝙ opi.Bar.ibi in.d.l.eū q.fallit q̄ñ negās in p̄ma cōparitiōe veniret aī cōteſtationē litis ꝛ vellet plura ꝙfiteri.q2 poſſet ꝛ iſtā opi. tenet Jac.de are.Ang.ꝛ Jo.de Imo.in.l.ſed hoc ita.ſ.ꝙ aūt.ff.de re iudi.Ray.Ang.ꝛ Mododer.in.l.ſi dubitetur.ſ.j.ff.de fideiuſ.

Negatio ſola facit rē dubiā.ꝛ iſta eſt regula v̄a quā ponit tex.ī.l.iij. C.qb9 ad liberta.pcla.nō lz.d.Ab.in.c.cōrā.de offi.deleg.in ver.ſed
1 no.in dubiū eſt.adde Fe.ī.d.c.cōrā in ver.vtrū p negationē.nu.8.fo. 209.fallit hoc vbi dubietas oriēs ex dubitatione tēderet ad incōmodū negantis.d.Ab.in.c.j.de pcu.in.j.col.vide p Feli.in.d.c.cōrā.in p̄dicto verſi.Itē fallit vbi negať id ꝙ nulla cadit p̄babilis negatio. d.Ab.in.c.ſup eo.in.ij.no.de teſti.cog.ꝛ idē tenet Inno.in.c.tua de cohabi.cle.ꝛ mulie.fallit etiā vbi ſunt preſumptiones ꝙtra negātes. Inno.in.c.ex parte in x̄po.de verb.ſigni.fallit etiā in negatiōe extra iudiciū.ꝛ ſic ad hoc vt negatio faciat rē dubiā oportet ꝙ talis negatio ſit facta in iudicio.vide per Fel.in.d.c.cōrā in ver.antedicto.

2 Negatio facit rem dubiā.etiam ſi dicať nō credo.Feli.de fo.cōpe.ſi clericus laicum.nu.2.fo.33.

Negatiua an poſſit dicere vel īdirecte p̄bari.ponit.d.Ab.in.c.bone el primo.de electio.in.vj.col.in v.ſm rerū naturā:ꝛ ibi Jo.an.Bal. in.c.tertio loco.de p̄ba.ꝛ in.l.actor.C.de proba.ꝛ ī.l.qui accuſare.in ſi.C.de edē.Arch.ꝛ do.de ſancto Be.in.c.actor.vj.q.vlt. Cald.in diſputa.i nci.capitulū petit fructus.adde Fe.in.d.c.tertio loco.in ver.
2 glo.prima ibi indirecte.nu.6.fo.71.parte.ij.vbi ponit multas alias remiſſiones.vide Fel.in.c.ſuper his.de accu.

Negatiua coarctata loco ꝛ tpe eſt ſufficiēs ad oſtendendū ꝙ teſtes ſunt falſarij. de quo vide q̄ poſui in litera T.in.ſ.teſtes p̄ñt arguí.

Negatiua profertur affirmatiue aliquādo.de quo vide que poſui in litera T.in.ſ.teſtes affirmantes.

Negatio partis an ſemper faciat rez dubiā.vide que poſui in litera R.in.ſ.res efficitur dubia.

Negligētia ſolius plati q̄ hz ꝙuētū non nocet eccleſie: ſed regrik ēt negligētia ipſi9 cōuētus.Fel. in.c.verū.de foro cōpe.in ver.prima eſt dūmodo.nu.8.fo.33.

Negligētia ſoli9 prelati nocet eccleſie q̄ nō hz cōuētū.Fel.in.c.verū. de foro compe.in ver.predicto.nu.9.ibidem.

Negligētia epi in nō ꝙferēdo bñficiū deuolutū nō ſuppleť a capitu-
2 lo ſicut in alijs nō deuolutis.Fel.de fo.compe.c.verum. nu.3.fo.eo.

1 Negligētia in prelato eſt peccatū mortale.ita Feli.in.c.j.de offi.dele. in ver.declara ſecūdo.nu.6.fo.179.

1 Negligētia in prelato an ſit ſufficiens cā depoſitionis.vide per Fel. in.c.j.de offi.deleg.in verſi.alleg.

1 Negligētia probať per lapſum anni.Fel.in.c.ſi aūt.de reſcr.in verſi. Negligētia probatur.nu.3.fo.91.adde tu ꝙ hoc in tantū verū eſt ꝙ negligētia nō pōt eē vbi qs nō eſt in mora.c.ſi.de ele.ꝛ tex.eſt in.c.q2 diuerſitatē.de cōceſ.prebē.ꝛ no.in.c.ſi cōpromiſſarius.de elec.ī.vj.in prin.negligētia aūt eſt omiſſio illis ꝙ fieri dz ꝛ pōt.ꝛ iō in iſto caſu dicitur manifeſta negligētia ꝛ iſta negligentia dz lata culpa.ff.mā.l. ſi fideiuſſor.in princi.Sali.in.l.noīa.C.arbi.tu.adde Sal.in.l.ſi nulla.C.de pig.ac.vbi querit quando dicatur lata culpa.

Negligētia impetrantis probatur per lapſum anni q̄ſi non eſt vſus
1 reſcripto infra annū.Fel.de reſcrip.c.ſi autem.nu.3.fo.eo.

Negligētia ſi a iure pro negligentia pena imponitur puta quicunqz nō fecerit reſidentiā priuet ꝛ ſimilia nunqꝙ quis incurrit penam niſi
1 precedat monitio.Feli.in.c.ſi aūt.de reſcrip.in prin.nu.1.fo.eo.

1 Negligētia adeo punitur abſqz alia monitione.Fel.in.c.ſi autez. de reſcrip.in ver.negligentia probatur vbi.ſ.ꝛ verſi.prece.

1 Negligētia ſimplex nō eſt ſufficiēs vt prelatus poſſit deponi.ita Fe. in.c.j.de treu.ꝛ pa.in ver.dum tangit Abb.nu.2.fo.228.

Negligētia magna que eſt nutritiua peccati eſt ſufficiēs vt prelatus
1 poſſit deponi.Fe.in.c.j.de treuga ꝛ pace in ver.predicto.

Negligētia epi ī ꝙferēdo ꝙfirmādo ſiue īſtituēdo p̄ſentatū p̄ pronū

supplet caplm suñ fallit in bñficijs deuolutis ad cp̃z ex negligẽtia in
2 feriozũ.ita Fel.in.c.verũ.de fo.cõp.in v.q̃rtũ corrollariũ.nu.3.f.33.
2 Negligẽtia est iusta causa priuãdi aliquẽ suo exercitio. Fel.in.c.irre-
fragabili.de offi.ordi.nu.1.fo.219.
Nepotis appellatiõe ꝓprie venit fili⁹ filij vel filie.ꝛ nõ fili⁹ fratris.
tñ ꝑm cõem vsum loquẽdi venit ẽt appellatiõe nepotis fili⁹ fratris q
cõis vsus attẽdẽd⁹ est ẽt in omni dispõne odiosa.ita.d.Abb.in.c.p
tuas.de pba.in.ij.col.in ver.no.q̃ appellatiõe.adde q̃ Bart.in.l.ñ
instituta in.ff.de inofficioso.ff.de inoffi.te.dicit q̃ in nulla pte iuris
reperit q̃ fili⁹ fratris dicat nepos.tñ Innũ est tex.ĩ.c.j.de schis.libr.
2 vj.vide in materia ista Fe.in.c.p tuas.de prob.in ver.prima conclu-
sio.nu.4.fo.87.par.ij.adde tu q̃ ꝓpter cõem vsum loquẽdi appel-
latiõe nepotis venit fili⁹ fratris ẽt in omni materia odiosa in Octib⁹
ꝛ statutis. Jo.an.in.c.fundamẽta.de ele.in.vi.d.Ab.in.d.c.p tuas.
in.ij.col.in ver.no.ꝛ in.c.tua nos.de ꝙsan.ꝛ affi.ꝛ rõ est q̃ cõis vsus
loquẽdi preferr̃ ꝓprie significatiõi. Bart.in.l.librorũ.ff.q̃ tñ.ff.de
2 leg.iij.vide p Fel.ĩ.d.c.p tuas.in ver.Scõa cõclusio.nu.5.ibidẽ.Sed
ꝙtra istã opi.facit illud q̃ no. Bal.in.c.j.in prin.in.iij.col.de succes.
feu.ꝛ in.l.j.C.de succe.edi.in v.nec puto.vbi dicit q̃ in statutis atten
2 dẽda est ꝓpria significatio vocabuli ꝛ nõ vulgi.de quo vide Fe.ĩ.d.
c.per tuas.in ver.Sed cõtra istã conclusionem.nu.6.fo.eo.Tñ istis
nõ obstãtib⁹ nõ discedas a ꝑma opi.vcz q̃ in statutis q̃uis strictis
ꝛ penalib⁹ cõis vsus loquẽdi preualet proprie significatiõi vocabu-
2 li.ita oẽs scribẽtes in.d.c.per tuas.vbi Fel.in versi.Scõo limita.nu.
7.vide Bart.in rub.ff.de no.oper.nũ.in.ij.col.in v.in statutis vero
limita istã cõclusionẽ q̃ vbi esset statutũ in ciuitate q̃ disponeret q̃
verba debẽt intelligi ꝓprie ꝑm naturalẽ sensum verboz̃ qz tũc cõis
2 vsus nõ preferret proprie significatiõi.ita Feli.eleganter in.d.c.per
tuas.in ver.limita eã primo.nu.8.ibidẽ.limita etiã vbi materia esset
trãsmissibilis solũ ad descẽdẽtes vt sunt feuda qz facta mẽtione de
nepotibus nõ veniret fili⁹ fratris. Pau.de ca.in.l.si dotali.ff.so.ma.
2 Fel.in.d.c.per tuas.in ver.limita tertio.nu.9.fo.3.alleg.

Nihil agit.ista verba importãt nullitatẽ ipso iure. Fel.in.d.c.
rodulphus.de rescrip.in ver.nihil agit.nu.32.fo.175.
Nimia taciturnitas in prelato est peccatũ mortale.ita Feli.in.c.j.de
treu.ꝛ pa.in ver.dicit tex.in.c.excõicatus.nu.2.fo.238.
2 Nisi quãtum de iure teneor.quid important ista verba.ponit Fel.in
rub.de fo.compe.in prin.nu.1.fo.30.

Nobilis desinit esse nobilis p ingressum religionis facta
2 ꝓfessionẽ.ita Feli.in.c.cum deputati.de iudi.in
ver.no.quatuor effectus.nu.4.fo.25.
Nobilitas est priuilegiata a iure:qz nobilis nõ punitur ita acriter si
cut ignobilis.vide q̃ posui in l'a D.in.ff.dignitas est tãti roboris.
2 Nobilitas quibus laudibus effertur.de testi.c.super eo.nu.5.fo.110.
1 Nobilitas an sit cõsideranda in collationibus beneficiorũ.ponit Fel.
in.c.cum adeo.de rescrip.in ver.ad idem plura.nu.3.fo.105.
2 Nobilitas vtrũ trahat̃ ex parte matris.vide Fel.in.c.nouit.de iudi.
in ver.vtrum nobilitas.nu.2.fo.219.

Nomẽ sancti an dz exprimi q̃n fit mẽtio vel noiank ecclesie.
Fe.in.c.cũ accessissent.de cõst.in prin.nu.3.fo.31.ad
de tu q̃ de hoc est gl.reputata fin.in.c.q̃uis.el.j.de preb.in.vj.q̃ di-
cit q̃ sic.ꝛ hoc q̃n fit mẽtio ecclesie inferioris sec⁹ si fit mẽtio de eccle
sia cathedrali tu dic ad limitationẽ illius glo.q̃uis eccl̃ia non sit ca-
thedralis:dũmõ nõ fit maior ꝛ ꝓncipalis i illo loco ꝑt denoiari a lo
co absq̃ cõmẽoratiõe illi⁹ sancti.ita.d.Ab.ĩ.c.fac.san.de ele.in.j.no.
Nomẽ impetrantis an sit exprimendum extense in rescripto.vide p
1 Fel.in.c.cum accessissent.de consti.in prin.nu.1.fo.eo.
Nomẽ rei q̃n dicat̃ receptũ inter reos. Bar.in.l.is qui re⁹.in.ij.col.
ff.de publi.iudi.in ver.quero q̃n dicit q̃ nomẽ rei dicitur receptũ in
3 ter reos post litẽ cõtestatam.idem tenet Feli.in.c.dilecti.de excep.in
ver.ꝛ dz nomen receptum.Et ibi posui additionẽ ad Fel.nu.9.
Nomẽ pape in terris ecclesie:an requiratur de necessitate in instrñs.
2 vide per.d.Ab.in.c.j.de fi.instru.in.ij.col.in ver.tertio.adde ibi Fel.
in ver.Item requiritur.nu.5.fo.154.parte.ij.
2 Nomẽ dñi iesu an sit de necessitate ponẽdũ in instrñs. vide per Feli.
in.c.j.de fi.instru.in ver.Sed q̃ non sit de essentia.nu.2.fo.153.
Nomẽ appellatiuũ ab euentu durat stante habitu etiã si cesset exer-
1 citium. Fel.super proemio decretalium.nume.19.hãc cõclusionem li
mitat.vt nu.41.42.44.ꝛ 45.fo.5.
2 Nouẽ actionis non est exprimendum in libello. Feli.in.c.dilecti.de
iudi.nu.6.fo.12.
2 Nomẽ imperatoris an dz poni de necessitate in instrñs.vide p Fe.in
c.j.de fi.instru.in ver.Item requiritur.nu.5.fo.154.
1 Nominatus primo reputat̃ maior ꝛ dignior:ita Fel.in.c.cũ dilecta.
de rescrip.in ver.adde etiam ad hanc regulam.nu.5.fo.120.
Nominatus de mãdato alterius dz nominatus ab ipso mãdãte.de
quo vide que posui in litera E.in.f.executor testamẽti quicqd facit.
Nõ deductũ ỏducã hz locũ q̃n ps malitiose ĩ ꝑma istãtia nõ distulit
opponere sz si malitiose omisit excipere cã fatigãdi aduersariũ tunc
nõ poterit opponere ĩ cã appellatiõis.d.Ab.ĩ.c.iter mõasteriũ.de re
iud.in.vij.col.in ver.scõo ꝓcipalr.Et idẽ tz ibi Jo.an.Host.Ant.
de bu.adde q̃ Jmo.in.d.l.inter.ꝛ ĩ.c.quitauallis.de iureiu.ꝛ ĩ.c.ad
3 audiẽtiã.el.ij.de rescr.tenuit Innũ.vide Fe.in.d.c.inter.in ver.nõ de-
ductum.nu.14.fo.104.ꝛ in.d.c.ad audiẽtiã.el.ij.in.xvij.col.in versi.
omissum in principali.vbi tenet opi. Jmo.per rationes quas ibi.
Nõ obtineas roboris firmitatẽ denotat ipso iure esse irritũ quicqd
1 fctm̃ sit. Feli.in.c.rodulph⁹.de rescr.in v.nõ obtineat.nu.30.fo.175.

Notarius opz q̃ sit rogat⁹ ad hoc vt instr̃m valeat.d.
Ab.in.c.j.de fi.istr.ĩ.v.col.in v.tertiode.imo.
2 adde ibi Fel.in ver.Item requirit̃ q̃ notarius.nu.20.fol.155.par.ij.
an autem presumatur q̃ notarius sit rogatus.vide per Feli.vbi.s.
Notarius a quibus debet rogari.d.Abb.in.c.j.de fide instr.in.v.co
lum.in ver.sed circa hoc cõcludit q̃ si contractus dependet a volun
2 tate vnius q̃ ille solus debet rogare notarium.adde Fel.in.d.c.j.in
ver.ꝛ debet notarius.nu.31.ibidem.
Notarius an possit facere instr̃m de pertinẽtibus aliquo modo ad
ipm notariũ.do.Ab.in.c.j.de fide instr.in.vij.col.in ver.quo ad secũ
2 dũ.adde Feli.in.d.c.j.in ver.Tangunt preterea.nu.22.vbi.s.
Notarius qui negat se fuisse rogatũ de aliquo instrumẽto ꝛ conuin
citur de mẽdacio si factũ est recens punitur de falso:secus si factũ est
antiquũ. Jo.an.in Spe.in ti.de fi.inst.in.f. instrumẽtũ.in pn.Bal.
2 in.l.eũ qui.C.de falsis.adde Fel.in.c.accepimus.de fi.instr.in versi.ꝛ
ista possunt.xvj.nu.16.fo.160.
Notarius q̃ fecit instr̃m si dicit q̃ amisit protocollũ ei non credit̃ ẽt
cũ iuramẽto. Frid.de Senis in cõsi.suo.cxij.incip.legitimus cõsti-
2 tuit.adde Fel.in.c.accepimus.de fi.instru.in versi.allegato.
Notari⁹ q̃n possit corrigere errorẽ suũ in instrumẽtis.ponit.d.Ab.
in.c.ex literis.de fide instru.in.j.col.in v.facit ad.q.dictu q̃ notari⁹
qui omisit illud q̃ spectat ad officium suũ põt per seipsum corrige-
2 re.ita Bar.in.l.si librari⁹.ff.de regu.iur.in ver.quando q̃z.vide Feli.
in.d.c.ex literis.in prin.nu.1.fo.158.
Notarius nõ põt corrigere errorẽ suũ in pertinentibus ad partes ꝛ
ad substãtiam contractus ex interuallo.sed bene incontinẽti.Bart.
2 in.l.si librarius.ff.de reg.iur.in ver.q̃nq̃ est erratũ.adde Feli.in.c.ex
literis.de fi.instr.in ver.Scõa cõclusio.nu.2.ibidem.
Notarius nõ presumit̃ errare ex dolo nisi probetur. Bar.in.l.libra-
ri⁹.ff.de reg.iur.in ver.modo. vnde si probatur aliter dictũ q̃ sit scri
ptũ presumit̃ scriptũ per errorẽ ꝛ nõ falso. Bart.in.l.quoties.ff.j.ff.
de her.inst.vbi Bal.ꝛ Jmo.ꝛ dic q̃ vbi error est tolerabilis ꝑsumi-
tur magis error q̃ malicia.ita Bart.in.l.pe.C.de his qui sibi ascri.
2 vide Fe.in.c.ex literis.de fide instr.nu.3.ver.tertia cõclusio.fo.e.par.
ij.adde ꝛ limita ꝑdicta nõ habere locũ in errore notarij cõmisso ĩ de-
fectu solẽnitatis testamẽti qz ꝑsumit̃ q̃ commiserit ex dolo. Sali.et
2 Fulg.in.l.iubem⁹.vbi bonus tex.ad hoc.C.de testa.de quo vide Fe.
in.d.c.ex literis.in ver.Sed limita aduertenter.nu.4.ibidem.
Notarij dolus si probatur ex cõiecturis tunc ipse notarius nõ põt
puniri de falso nisi dolus fuerit commissus in solẽnitatibus substã-
tialibus.ita Pet.de anch.in cõsi.suo.ccvij.incip. tria principaliter
2 adde Fel.in.c.ex literis.de fide instru.in ver.vbi autem probatur de
dolo.nu.5.fo.eo.
Notarius regulariter non põt corrigere errorem suũ neq̃ supplere
defectũ nisi interueniat autoritas iudicis. Jo.an.in data.vj.libr.in
vlti.col.ꝛ idẽ tenet Jo.de Imo.in.l.ex literis.de fide instr.d.Lardi.
2 in proemio cle.f.fi.adde Feli.in.d.c.ex literis.in ver. Quarta cõclu-
sio.nu.6. Ibidem adde ꝛ limita istam communem opi.nõ habere lo
cum q̃n error notarij esset talis q̃ nõ haberet vitiare instrumẽtũ:qz
tunc nõ requiritur autoritas iudicis.ita Bar.in.l.librarius.in pn.
2 ff.de reg.iur. Fe.in.d.c.ex literis.in ver.Primus casus.nu.7.vbi.s.
Item limita q̃ ista cõmunis opi.nõ seruatur q̃n instrumẽtum nõ-
dum est ꝑductũ in iudicio. Jo.an.in data.vj.libr. Bal.in rub.C.de
2 fide inst.in.xj.col.in ver.sed pone. Fel.in.d.c.ex literis.in ver.Secũ
dus casus.nu.8.ibi. Item limita predictam communem opinio.q̃n
error notarij est notorius.quia autoritas iudicis nõ requiritur. Ly
nus in.l.j.C.de legi. Feli.in.d.c.ex literis.in versi.Tertius casus.nu
mero.9.vbi supra.
Notarius pape an possit cõficere instrumenta in terris imperij vel
ecõtra an notarius ĩperialis possit ꝛficere instrumẽta in terris eccle-
sie.d.Ab.ꝛ Host.tenẽt q̃ nõ in.c.sicut. ne clerici.vel mona.adde Fe.
2 Jmo.ꝛ Anto.de bu.in.c.cũ P.tabellio.de fi.instr.adde Feli.ibi in
ver.decimotertio queritur.nu.17.fo.178.parte.ij.
Notarius factus p cõsuetudinẽ vel statutũ ciuitatis:an possit ꝛficere
instrumẽta inter subditos illius loci vbi creatus est extra territo-
rium:ꝛ dic q̃ sic.ita Bal.in.c.cũ dilectus.in.j.col.de fi.instr.do.Abb.
2 in.c.sicut.ne clerici vel mona.adde Feli.in.c.cũ P.tabellio.de fi.in-
stru.in ver.Quarto decimo queritur.nu.18.fo.179.
Notarius qui facit instrumẽtũ falsum debet puniri de faso ẽt si in-
strumẽtum alias esset nullum ratione subiecte materie. Bart.in.l.si
quis legatũ.ff.de falsis.in.ij.col.in ver.hoc ꝑmisso. Bal.ꝛ Sali.in.l.
2 j.C.de sepul.viola. Feli.in.c.tua nos.de iureiuran.in ver.in text.ibi
pro periurio.nu.4.fo.204.parte.ij.

Notarius q fecit inſtrm in vno loco an ꝓbet iſtud inſtrm vbiqz.do. Ab.in.c.cũ. P.tabellio.de fide inſtru.in vlti.col.in ver.ſi vero tabellio.dicit q notarius qui facit inſtrm in loco ſubiecto illi qui eũ creauit notariũ q tale inſtrumẽtũ vbiqz ꝓbat ẽt ſi ille q eũ creauit notariũ nõ eſſet ꝓnceps ⁊ etiã ipſe notari⁹ fuit rogat⁹ ab extraneis aut ille notarius fecit inſtrumẽtũ extra territoriũ illius q eũz creauit.ſ. notariũ.Et tũc cõmuniter tenetur q inſtrumentũ non facit fidẽ tu dic q inſtrumentũ factũ in loco ſubiecto creanti notarium q tale inſtrumentũ vbiqz probat.Et iſta eſt cõis opinio etiã q ille notarius non ſit citatus a principe.illud tenuerunt domini de Rota deciſione.ccxj.incip.inſtrumẽta confecta.Bar.in.l.j.C. de emãci.libe. Bal.
2 in.c.dilectus.de fide inſtru.in.j.col.adde Fel.in.d.c.cũ. P.tabellio. ver.Duodecimo queritur.adde Fel.in.c.cũ. P.tabellio.ver. qntodecimo.nu.18.fo.279.

Notarius q eſt fact⁹ monachus tenetur cõplere inſtrumẽta rogata ſm Bald.in.d.l.ij.in fi.C.de ſen.⁊ interlocu.⁊ in.l.ij. de teſt.in.ij.colũ.Ant.de bu.vbi etiã Jo.de ana.in.c.fraternitatis.de her.in.x.col.
3 vide Fel.in.c.cum.J.⁊.A.de re iudi.in verſi.Pro obligatione contracta.nume.10.fo.109.

Notarius an poſſit accipere aliqd pro inſtrumẽto ordinationis.Et dic q nõ tex.eſt in.c.j.de ſimo.tñ do.Abb.ibi dicit q ſi notarius nõ habet ſalariũ de publico q tunc poteſt petere premiũ pro inſtrumẽto ordinationis.vide Fel.in.d.c.j.in prin.fo.168.

Notarius qui eſt iudex an poſſit ſcribere acta coꝝ ſe facta regula eſt q nõ.Jnno.in.c.cũ a nobis.de teſt.⁊ eſt tex.expſſus in.c.quoniã cõtra.de ꝓba.vbi tex.regrit q iudex debet habere notarium aut duos viros idoneos qui ſcribant acta coram ſe facta:aliter nõ crederet et
2 iſtud tenet Fel.in.d.c.qñ contra.in ver.Limita primo dũmodo ſit actus.nu.44.fo.94.parte.ij.adde q iſta regula non habet locuz in multis caſib⁹ quos enumerat Bar.in.l.iubem⁹.ſ.ſane.C.de ſacro ſan.eccle.in.ij.col.in ver.ad tertiam.⁊ primo in actibus volũtarie iuriſdictionis.Jtem in cauſis modicis.Jtẽ vbi iudex facit aliquas literas teſtimoniales.idẽ tenet Ant.de but.in.c.j.de iudi.adde Bar. in.l.ij.de ſtipu.ſeruo.in verſi.quero pone.vbi dicit q ſi eſt ſtatutum in ciuitate q iudex poſſit ſcribere acta q tũc ſtaretur tali ſcripture ⁊
2 idem dicit ibi ſi eſſet conſuetudo.vide late per Feli.in.c.quoniã contra.in verſi.predicto.

Notarius cui cõmiſſa eſt examinatio teſtium vel alius articulus officij an poſſit eſſe derogat⁹ de tali cõmiſſiõe ſibi facta ⁊ credat ei.Bar. in.l.ex ſnia.ff.de teſta.tut.in ver.dic ergo.tenuit q ſic.⁊ Ang.ĩ.l.ſciẽdum.ff.de ver.ob.Sali.in auf.apud eloquẽtiſſimũ.C.de fide inſtr. in ver.ſz iuxta ꝓdicta.adde q Jzũ tenuit Hoſt.Ant.de but.Jmo.ĩ c.qñ ꝫ.de ꝓba.⁊ ibi do.Ab.in.xx.col.in v.ad vnũ tñ.vbi dicit q cõſiliũ eſt vt alius notarius ſit rogatus.qz aliter nõ crederet.⁊ idẽ tenuit Joã.an.in regula cũ quid vna via.de reg.iur.in.vj.ĩ.ij.col.⁊.d.
2 Ab.in.c.fraternitati.de clerico nõ reſidẽ.circa fi.vide Fel.idẽ tenẽtẽ in.d.c.qñ ꝫ.in ver.Scõo q̃ro.nu.42.fol.eo.parte.ij.adde q iſta eſt cõis opinio quã tu limitabis q nõ hz locũ qñ alius notarius nõ reperiretur.ita Bal.in.l.ad egregias.ff.de iureiur.⁊ iſtã opi.Bar.tenuit Fel.in.c.qñ contra.in ver.predicto.

Notari⁹ ſi reprobat ꝑ teſtes ipſi teſtes debẽt reddere rõnẽ dicti ſui etiã nõ interrogati a iudice aliter dictũ ſuũ non valeret.de quovide que poſui in litera T.in.ſ.teſtis regulariter non tenetur.

Notari⁹ de qb⁹ ſenſib⁹ poſſit eſſe rogat⁹.vide.d.Ab.ĩ.c.cũ cãm.de teſti.in.v.co.in ver.dubiũ eſt. Jo.an.in addi.Spe.in ti.de inſtr.edi.
2 ſ.reſtat.in pe.col.in ver.quero.⁊ late per Fel.in.d.c.cũ cãm.in verſi. Octauo inꝑtum tangit hic.nu.9.fo.132.

Notarius an poſſit examinare teſtes ex cõmiſſione iudicis.vide que poſui in litera T.in.ſ.teſtes in cauſa ciuili.

Notarius an poſſit recipere ſacramenta teſtium de conſenſu ambarum partium. vide que poſui in litera T.in.ſ.teſtis non iuratus poteſt ponere.

3 Notari⁹ nihil dz accipe ꝑ iſtrõ ordinatiõis.Fel.de ſi.c.j.nu.1.f.178.

Notari⁹ an ſine iudice poſſit deferre iuramẽtũ teſti.Bart.tenuit qõ nõ in.l.videamus.ſ.differre.ff.de in lit.iurã. Fe.in.c.tuis.de teſti.in ver.Jtẽ inꝑtũ predicti.col.fi.Remittit ſe ad notata ꝑ do.Ab.in.c. cũ cãm.de teſti.⁊ ibi ad notata per ſe.ideo videas in ꝓpoſita materia que poſui in litera T.in.ſ.teſtes in cauſa ciuili.

Notarius qui fuit rogatus de inſtrumẽto poteſt facere exẽplum ad originale ſine ſolẽnitate aliqua et facit plenam fidẽ.de quo vide que poſui in litera E.in.ſ.exemplum ſumptum.

Notarius qui ſcripſit dictũ vnius teſtis ſeriatim ſeu extẽſe ⁊ poſtea in depoſitione aliorũ teſtiũ dicit:⁊ talis teſtis depoſuit prout ꝑm⁹. ⁊ idẽ fecit de ſecũdo ⁊ tertio ⁊ quarto.nũquid talia teſtimõia ꝓbãt. vide Spe.in ti.de teſte.in.ſ.nunc tractãdum. ver.tantum Hoſtien. Jo.an.Ant.de bu.in.c.nihil obſtat.de verb.ſig.Bal.in extrauagan ti.de pace conſtã.in verbo ⁊ ſunt duo. Ang.in.l.ſi quis.ſ.fi. de edẽ. adde do.Ab.in.d.c.nihil qui dicit q cõmunis opinio q talia teſtimonia nõ probant tamẽ vbi eſſet cõſuetudo qõ notarius ſic ſcribat q valerent talia teſtimonia:⁊ ſubdit ibi do.Abb.q primum dictũ eſt equius vt notarius poſſit ſcribere dictũ vni⁹ teſtis ⁊ poſtea dic
1 re alij teſtes depoſuerũt per oĩa ſicut primus.Adde Feli.in.c.cũ in tua.de teſt.in ver.ſcõo limita.nu.1.fo.139.

2 Notarius an debeat eſſe rogatus de cõtingẽtibus a natura.de teſt. c.ſeries.nu.2.fo.121.

2 Teſtis qui audiuit tenui pariete intermedia an probet vel non.de teſt.c.preterea.nu.4.fo.121.

Notarius condẽnat⁹ de falſo qñ poſſit cõficere inſtrumẽta.vide.d. Ab.in.c.fraternitatis.de here.in.ij.not.Adde q prima cõcluſio eſt q notarius qui cõmiſit falſum perdit poteſtatẽ cõficiendi inſtrumẽta. Jnno.in.d.c.fraternitatis.gl.in.l.ſi qs.ſ.j.ff.de edẽ.Bal.⁊ Jmo. in.l.ad teſtiũ.ſ.2ditionẽ.ff.de teſt.Bal.ĩ.l.ij.de manu.vindi.Et hoc hz locũ etiã in inſtrumẽtis ad pias cauſas.Bal.⁊ Jmo.in.l.in frau
2 dem.ſ.ſi quis.ff.de teſta.mil.Fel.in.d.c.fraternitatis.in ver.ꝑma cõcluſio.nu.4.fo.19.adde qõ fallit iſta concluſio in inſtrumẽtis confectis anteq̃ ſupſit falſo lata ſnia. Jnno.in.d.c.fraternitatis.Paul. de caſt.in.l.ſi quis.ff.ad macedo.Bar.in.l.ſi quis decurio.C.de fal.
3 Fel.in.d.c.fraternitatis.in ver.fallit primo.nu.5.f.eo.Jtẽ fallit iſta cõcluſio dũmodo notarius cõmiſerit falſuz in officio tabellionatus ſecus ſi aliter vel alio modo deliqſſet vel incurriſſet infamiã q valebunt inſtrumẽta p eũ 2fecta.ita Bar.late in.l.iũ.ff.ad.l.iuliã repetũ.29.Abb.in.d.c.fraternitatis.in.j.col.in ver.ſed ſi falſitas. Bar. idem tz in cõſi.ſuo incip.ſed Joannes.Bal.in.l.ij.C.de ſententijs.⁊
3 in.l.militib⁹.C.de teſta.mi.Fe.in.d.c. fraternitatis.in ver.Fallit.ij. nu.6.ibidẽ.Dic tñ q ſi eſſet notarius principis tũc non valerent inſtrumẽta facta poſt infamiã ortã qz tales notarij habẽt dignitatem
3 Bar.in.d.l.iũ.ff.ad.l.iul.repe.Fe.in.d.c.fraternitatis.in ver.Limita primo in tabellionatu.nu.7.fo.vt.ſ.Dic etiã q ſi notarius eſſet ad banchum iudicis idẽ erit q in notario principis idẽ dic qñ notarius cõmiſiſſet delictũ dignũ depoſitionis idẽ dic qõ notarius eſſet adeo infamatus et infamia eſſet adeo grauis qz in iſtis idem eſt di-
3 cendũ q in notario principis.Fe.in.c.fraternitatis.in ver.Quarto niſi infamia.nu.8.ibidem.Jtem fallit iſta cõcluſio in notario cõdẽnato de falſo propter contumaciam qz valebũt inſtrumẽta ratio qz talis dicitur condemnatus ex ficta cõfeſſione. Bal.in.l.fi.C.de fide inſtru.in fi.Fe.in.d.c.fraternitatis.de her.in ver. tertio fallit.nu.9. ibi:Niſi ex actis apparet expreſſe de delicto ipſius cõtumacis.Fe.in preallegato loco.Jtem fallit niſi notarius cõdẽnatus de falſo reputaretur habilis cõmuni opi.qz inſtrumenta cõfecta per ipſum valerent.Bald.in.l.j.in.ij.col.C.de teſta.⁊ in.l.ij.in.ij.col.C.ſentẽ. Pet.
3 de anch.in cõſi.ſuo.ccix.incip.pro iſto.Fel.in.d.c.fraternitatis.in v. Fallit quarto.nu.10.fo.eo.Jtem fallit iſta 2cluſio qñ iudex reſeruaſſet ex cauſa ipſi notario 2dẽnato de falſo facultatem cõficiẽdi inſtrumenta.Bar.in.l.ſi quis.ſ.fi.ff.delleg.iũ.Archi.in.c.ſi quis.l.diſtin.
3 vbi do.de ſan.Bemi.Fel.in.d.c.fraternitatis.in ver.fallit qnto.nn. 11.fo.vt.ſ.Jtem fallit iſta cõcluſio qñ notarius cõdẽnatus de falſo vellet inſtrumẽta prius inchoata redigere in publicã formã. Bar.in
3 l.ad teſtiũ.ſ.j.ff.de teſta.Ant.de but.in.d.c.fraternitatis.Fel.ibi in ver.fallit.vj.nu.12.vt.ſ.Jtẽ fallit iſta cõcluſio quando partes requirerent notarium cõdẽnatumde falſo.qz ſi nõ valebit vt inſtrumentum valebit ſaltem de cõfeſſo.Fe.in.d.c.fraternitatis.in ver.fallit ſeptimo.nu.13.ibi item fallit iſta concluſio qñ notarius falſarius feciſ ſet plurima inſtrumẽta qz valebunt propter cõmunem vtilitatẽ.Jn
3 no.in.c.dilecta.de reſcrip.Fel.in.d.c.fraternitatis.in verſi. Octauo fallit.nu.4.fo.ibidẽ.Jtẽ fallit iſta 2cluſio qñ notari⁹ falſari⁹ haberet aliũ notariũ nõ falſariũ ſociũ qz valet inſtrumẽtũ. Bald.in.c.ij. loco.de proba.do.Ab.in.c.ſi.de procu.in.iiij.col.Jtem fallit iſta cõcluſio quãdo notarius falſarius copiaret inſtrumentum notarij nõ
3 falſarij qz valaret copia.Bar.in.d.l.ſi quis.ſ.j.ff.de edẽ. Fel.in.d.c. fraternitatis.in verſiculo nono fallit concluſio.nu.15. fo.191. Adde ad iſta pro cõpleméto totius materie qua pena ſint puniẽdi notarij qui faciunt inſtrumẽta falſa vide ſcribentes in auf.ſz nouo iure.C. de ſer.fugiti.⁊ Bal.precipue in rub.C.res inter alios acta.in fi.adde etiam qua pena ſint puniendi qui ſciunt confici inſtrumentum in fraudẽ vſurarum.⁊ dic q debent remoueri ab officio tabellionatus ob infamiam.Bal.in.l.iubem⁹.ſ.ſane.C.de ſacroſan.eccle.⁊ ibi Jaſon. but.Bal.in.d.rub.Adde etiam q notarius qui facit inſtrumẽtum clandeſtinuz debet puniri.ita Bal.in.l.mandatum.C. manda.et in l.cũ fratrẽ.C.de his q.vt indig.Adde etiam qñ inſtrumẽtum dicat falſum ⁊ per conſequẽs quãdo notarius puniatur de falſo.Bal.in l.ſi poteſt.C.de iur.⁊ fac.igno.Adde etiam q notarius cõficiens inſtrumenta ſuper illicitis puniatur.Barto.⁊ Bal.in.l.ij.C.de peti. bo.ſublat.lib.x.et Bald.in rubr.de fide inſtrumen.in.ix.colñ.Adde etiã q quando in inſtrumento reperitur aliqua ſolẽnitas ſi illa non interuenerit preſumitur inſtrumentum falſum.tex.eſt no.in.l.nulli. C.de numera.⁊ actua.lib.xij.⁊ ibi Bar.

Notarius 2ficiẽs inſtrumẽtũ ꝑ ꝓhibitionẽ iuris punit⁹ ⁊ dic q notarius q cõficit inſtrumẽtũ q videt fieri in fraudẽ vſurarũ debet ab officio remoueri. Bal.in.c.imperialẽ.ſ.clari⁹.de phi.feu.alie.p Fri. ⁊ dic q notari⁹ 2ficiẽs inſtrumẽtũ illicitũ punit criminaliter.Bal.in

3 l.ij.C.de maniche.Fe.in.c.si aduersus.de here.in prin.nu.1.fo.192.
Notarius infamis regulariter nõ põt cõficere instrumẽta. ita gl.in l.j.§.miles.ff.de his qui no.infa.vide Bar.in.l.cadẽ.ff.ad le.iul.repetũ.vbi ponit de duob⁹ generib⁹ notarioꝝ videlicet de notarijs pncipum et de notarijs ad banchum iuris quia isti si sunt infames nõ possunt conficere instrumenta.adde Bald.in.l.in exercendis.in.ij.col.C.de fid.instr.vbi q̃rit an infamis retinet officiuz.vide do.Ab.
2 in.c.cũ dilect⁹.de fid.instr.in vlt.col.in versic.ex hoc videt.ꝛ ibi Fe.in versicu.tertia declaratio.nu.38.fo.166.parte.ij.adde quod fallit ista regula in aliquibus casibus.Et primo vbi infamia esset occulta qꝛ valerent instrumẽta facta ab infami.ita Bal.i.l.cũctos populos.in
2 v.opposi.C.de sum.tri.ꝛ fide catho.vide Fe.in.d.c.cũ dilect⁹.inver.alleg.Item fallit q̃ infamia nõ descendit ex delicto.ita Fel.in.d.c.cũ dilectus.in ver.predi.Itẽ fallit q̃ notarius est infamis infamia facti nõ iuris:qꝛ valerent instrumenta ipsi⁹.d.Ab.in.d.c.cũ dilect⁹.
idē tenet ibi Anto.de bu.ꝛ Aug.in cōſi.ſuo.ccviij.incipi. titius exiſtens.do.Abb.in.c.eccleſia.de cōſti.Bal. in.l.ij.C.de inſti.ꝛ ſubſtit. in prin.vbi dicit qꝺ ſi ſtatutū laicoꝝ diſponeret qꝺ matrimoniū nō valeret ſine dote qꝺ tale ſtatutum non valet.de quo vide Archi. in c.oſius.lxj.diſt.vide Feli.in.c.j.de ſpon.in ver.tractāt hic ſolenniter omnes doctores.nu.9.fo.126.adde qꝺ do.Abb.in.d.c.j.vbi.§.plus dicit qꝺ leges ciuiles que prohibent matrimonium inter tutorem ꝛ pupillum ꝛ rectorem prouincie:qꝛ tales leges nō valent: quia ius canonicum voluit qꝺ matrimonia eſſent libera.idem tenet Feli. in conſi.ſuo.cccxxv.do.Abb.in conſi.ſuo.xij.incip. caſus talis eſt. vide Feli.in.d.c.j.in verſi.ſecunda declaratio.

Statuta laicoꝝ q̄ diſponūt circa ſolēnitates matrimoniū:an valent vt puta ponēdo penā pſonis cōtrahētibꝫ matrimoniū ſine cōſenſu patris:vel pſonis ꝫhētibꝫ ante certā etatē. Jo. an.in.c.ſtatutū. el.j. de here.in.vj.tenuit qꝺ talia ſtatuta nō valeāt.iſtud idē tꝫ Pe.de ancha.ꝛ Do.de ſan.Be.in.d.c.ſtatutū.d.Ab.in.c.j.de ſpō.in.ij.col.in ver.qñqꝫ.vbi etiā Ant.de but.ꝛ Ange.in cōſi.ſuo.xxviij.Fel.in cōſi. ſuo.xxxv.Ant.de but.in cōſi.ſuo.xl.incip.viſa forma.vide Feli.in.d. c.j.de ſpōſa.in ver.quarta declaratio.nu.13.fo.126.adde cōſi.d. Ale. in cōſi.xcvij.incip.principalis dubitatio.vbi querit:an valeat ſtatutum laicoꝝ diſponēs qꝺ nemo cōtrahat cū muliere virgine minore. xx.annis abſqꝫ cōſenſu patris.adde do.Jaſo. Mday.in.l.i.§.huius ſtudij.ff.de iuſti.ꝛ iure.adde qꝺ cōtrariū tenuit Bal.in rub.de cōſti. dicēs qꝺ laici nō poſſunt ſtatuere aliquid in his que ſunt de ſubſtātia matrimonij:ſed bene poſſunt ſtatuere circa qualitates:ꝛ idem tꝫ Bal.in.c.tenor.de re iud.in fi.vbi dicit qꝺ ſtatutū laicoꝝ pōt imponere penā in mrimonijs preter quā circa ſubſtātiā.idē cōſuluit Pe. de anch.in cōſi.ſuo.ccxcvij.incip.hꝫ ſtatutū.vide Fel.in.d.c.j.in ver. pri.alleg.Dic tū qꝺ iſtis nō obſtātibus opi.Joā.an.in.d.c.ſtatutū eſt verior ꝛ cōmunior.de quo vide Fel.in.d.c.j.in ver.alleg.adde.ꝛ limita iſtā opi.Jo.an.ꝛ aliorū.qꝺ ſi ſtatutū laicoꝝ imponeret penā cōtrahētibꝫ matrimoniū nō odio cōtrahētiū:ſꝫ fauore filiorū qꝺ tūc tale ſtatutū vꝫ:qꝺ tꝫ Ant.de but.in.d.c.j.vide ibi Feli.in verſi.ꝛ primo fallit.nu.14.fo.127.adde etiā qꝺ Anto.de bu.in.d.c.j. voluit qꝺ ſtatutū laicoꝝ valeret vbi pena eſt appoſita circa lucrū ceſſans.vide Feli. in.d.c.j.in ver.ſcdo fallit.ibidē nume.15.adde etiā qꝺ ſtatutum laicoꝝ diſponēs circa dotē valet.Jnno.in.d.c.j.vbi do.Abb. in.iij. col.in ver.qñqꝫ.Bal.in.d.rub.de cōſti.Bar.in.l.titia.ff.ſolu.matri. docto.in.c.de prudētia.de dona.inter virū ꝛ vxo.Feli.in.d.c.j.in ver. tertio fallit.nu.2.fo.eo.adde etiā qꝺ ſtatutū laicoꝝ qꝺ diſponit qꝺ aliqua laudabilis ſolēnitas ſeruet̄ in cōtractu matrimoniā:qꝛ valet tale ſtatutū:imo omittētes illā incurrūt peccatū mortale.Jnnoc.in d.c.j.de ſpōſa.vbi Hoſti.ꝛ Jo.an.ꝛ Feli.in ver.quarto fallit.nu.12. ibidē.Quod intellige ſano modo qñ illa ſolēnitas omittatur ex cōtemptu:alias nō.de quo vide gl.ꝛ ibi Archi.in.c.noſtratis.xxx.ver. Feli.in.d.c.j.de ſponſa.in ver.tertio intellige iſtam fallētiam. nu.18. fo.eodem.adde etiam qꝺ ſtatutum laicorum puniens contrahētes valet:dūmodo pena ſit parua ꝛ modici momēti qꝺ eſt conſiderandum ſcōm qualitates perſonarum contrahentium.ita do.Lar.in.c. is qui.de ſponſa.vide Feli.in.d.c.j.in verſi.quinto fallit predicta regula ibidem.nu.19.adde etiam qꝺ ſtatutū laicorum valet qꝺ diſponit qꝺ matrimoniū non poteſt contrahi inter homines diuerſarum ciuitatum.ita Bar.in.l.edicimus.C.de murileg.lib.xj.ꝛ idē tenet.d. Lar.in.c.gemma.de ſponſa.Bal.in.l.ſi matre.C.de ſuis ꝛ legi.vbi dicit qꝺ ſtatutū mediolani valet qꝺ mulier nupta extra territorium non ſuccedat in bonis patris.vide Feli.in.d.c.j.de ſponſa.in verſicu. ſexto fallit.nu.20.fo.28.adde etiam qꝺ ſtatutum laicorum valet qꝺ imponit penam amiſſionis dotis nubenti viro indigno ſine conſenſu patris. Bal.in.d.c.ſtatutum.ꝛ Pet.de ancha.in dicto ſuo conſi. xviij.Feli.in.d.c.j.in ver.ſeptimo fallit ibidem.nu.16.Tamen iſtud non teneo quia eſt nimis larga deciſio.conſidera.

Statuta laicoꝝ cōtra libertatē eccleſiaſticā ꝛ que ſint illa que ꝓprie dicanꝰ cōtra libertatē eccleſiaſticā.dic qꝺ in iſta materia ſunt quatuor opinio.quarū tres refert Feli.in.c.eccleſia ſancte Marie.de cōſti.in ver.vnde ſcdo principaliter,quero.nu.69.fo.48.Et aliā in ver,quarto quero.nu.70.fo.49.Et cōtra illā opi.qꝺ tale ſtatutū nō ſit cōtra libertatē eccleſiaſticam tenuit ipſemet do.Ab.in.c.ſi diligenti.in vlti.col.de fo.cōpe.in ver.vlti.ſcias.motus ex iſta rōne:qꝛ ſi ſtatuētes fecerunt ſtatutum generale:vbi nulla eſt facta mentio clericorum qꝺ tūc in generali ſtatuto nō cōprehēduntur clerici.Et ſi nō cōprehenduntꝰ clerici fruſtra eſt querere an ſtatutū iſtud ſit cōtra libertatē eccleſiaſticā:ꝛ qꝺ tale ſtatutū generale nō comprehēdat clericos tenuit Pau.de caſt.in.l.ab adminiſtratione.C.de leg.qꝛ non eſt verosimile qꝺ in generali ſtatuto cōprehendantꝰ clerici.ꝛ ſtatuētes nō intelligūt facere ſtatutū de eo qꝺ eſt illicitum.ꝛ ita dicit velle Bar. in.l.ſi quis ſub conditio.ff.de condi.inſti.adde qꝺ iſtam opi.Bar.tenuit Bald. in.l.ſi.§.in computatione.in fi.C.de iure deliberan.ꝛ Anto.de bu.in c.qꝺ clerici.de foro cōpe.ſed quando ſtatutū faceret expreſſam mentionem clericorum bene intīnideret clericos:de quo vide do. Alex. in dicta.l.ab adminiſtratione.C.de leg.adde duas alias primā poſuit Bal.in auth.caſſa.C.de ſacroſan.eccl.in.j.col.ꝛ in auth.ſtatuimus. in.ij.col.C.de epiſco.ꝛ cleri.valet quando ſtatutum dicit qꝺ nō reddatur ius clerico declinati foꝝ ſeculare.Secundam poſuit Bart. in.l.ſi.in vlti.col.in verſi.ex hoc concludo.C.de ſacroſan.eccle.quando ſtatutum dicit quod eccleſia nullo modo poſſit acquirere: qꝛ tūc tale ſtatutum dicitur contra libertatem eccleſiaſticam.adde qꝺ idem eſt quando ſtatutum prohibet alienationem fieri in non ſubditum: qꝛ non comprehendat clericum vel eccleſiam.vt ibi Bar.

Statuta qualiter interpretantur:an ſecundum ius canonicum aut ciuile:ponit Feli.in.c.ex literis.de conſti.in.ij.nota.nu.3.fo.55.

1 Statuentes poſſunt tollere ſtatutū iuratū propria autoritate. Feli. in.c.cū acceſſiſſent.de cōſti.in verſi. Et qꝺ ſtatuentes poſſint propria autoritate.nu.11.fo.32. Jſta materia fuit ſemper mihi viſa difficilis: ideo dic hoc modo qꝺ quando iurauerūt ſinguli ſeruare ſtatutum hoc caſu iuramentū cōcernit obſeruātiā ſingulorū: ideo ſi iſto caſu collegium deliberat tollere ſtatutum non peccant ſinguli poſtmodū contrauenientes:ſed iuramētum ſtringit eos ad obſeruantiam etiā collegialiter dico qꝺ non ſine metu periurij poſſunt etiam collegialiter contrauenire.Et hoc tenuit do.Abb.in.c. dilecto.de preben.in vlti.col.quicquid dicant alij ſcribentes teneo hoc pro conſtanti.

Statuētes an poſſint recedere a ſtatuto confirmato per papam aut per principem temporalem:ꝛ redire ad ius commune non obtenta 1 licentia a ſuperiore.Feli.in.c.cum acceſſiſſent.de conſti.in verſi.not. tertio quod ſtatuentes poſſunt recedere.nu.3.fo.31.

Statuentes an poſſint tollere ſtatutū in quo eſt clauſula decreti.vi- 1 delicet ſi ſecus actū fuerit irritū ſit ꝛ inane.Fel.in.c.cum acceſſiſſent. de conſti.in verſi.tertia declaratio eſt.nu.7.fo.eo.adde qꝺ etiam ſtatuentes non poſſunt venire contra ſtatutum iuratum etiam ſi impetrauerint diſpenſationem contra tale ſtatutum cum clauſula. non obſtantibus quibuſcunqꝫ conſtitutionibus ꝛ ſtatutis:qꝛ niſi fit facta expreſſa mentio de iuramento:talis diſpenſatio non tollit ſtatutum.ita glo.no.in.c.cum non deceat.de elec.in.vj.verſic.effectus.et idem videtur tenere Rota.in deciſio.cccxciij. que incipit. Jtem licet quis. Moder.in.d.c.cum non deceat.adde qꝺ iſta procedunt etiam 1 ſi eſſet factum ſtatutum in fauorem partis.vt ibi per Feli.in.d.c. cū acceſſiſſent.in verſi.facit glo.in cle.ij.nu.8.fo.32.

Statuentes poſſunt venire contra ſtatutum qꝺ habet clauſulā irritantem. Et hoc qñ illud ſtatutum haberet in ſe conditionem quere- ſolutione eueniente poſſent ſtatuentes venire cōtra ſtatutum etiam 1 ſine licentia ſuperioris.Feli.in.c.cum acceſſiſſent. de conſti.in verſic. Hanc declarationem ꝛ predicta.nu.8.fo.eodem.

Statuentes non poſſunt reuocare ſtatutum qꝺ fecerunt cum auto- 1 ritate ſuperioris.Feli.in.c.cum acceſſiſſent.de conſti.in verſi.quarta declaratio eſt.nu.9.fo.eo.

Studentes:clerici ſtudentes habentur pro reſidentibus.Bart.in.l. queſitum.ff.de leg.ij.Et hoc habet locum ſiue addiſcat ſiue doceat. Et hoc tam in iure canonico quam in theologia:ꝛ hoc modo intelligas ter.in.c.fi.de magiſt.qꝺ intellige ſano modo: dummodo ſtu- 3 deant in ſtudijs generalibus.Feli.in dicto.c.finali.in princip. nu.1. fo.184.Et dic qꝺ poſſunt habere diſtributiōes quotidianas ſi ſunt canonici.vt per do.Abb.in.c.licet.de preben.in ſi.ꝛ Domi.de ſanc. Be.in.c.j.de cleri.non reſi.in.vj.

Sub intermination̄e anathematis non important ipſo iure. 1 Feli.in dicto.c.Rodulphus.de reſcrip.in verſi.ſub interminatione.nu.25.fo.174.

Subdelegatio an ſit de actis.Archi.Jo.an.in.c.ſi a ſubdelegato.tenent qꝺ non.ꝛ idem tenet ibi Do.de ſan.Semi.de offi.deleg.in.vj.ꝛ 2 Feli.in.c.quoniam contra.de proba.in verſi.ex quibus.ꝛ ex text.ibi quid autem.de ſubdelegatione.nu.8.fo.89.

Subdelegatio facta extra locū vbi cauſa fuit delegata eſt nulla etiā de conſenſu partium:pone delegatus eſt datus in ciuitate Venetiarum non poteſt ſubdelegare extra ciuitatem Venetiarum etiam de cōſenſu partium:de quo vide que poſui in litera D.in §.Delegatus datus in certo loco. 3

Subdelegatio facta alijs perſonis quā expreſſis.in.c.ſtatutum.§.in nullo.de reſcrip.in.vj.eſt nulla.de quo vide que poſui in litera D.in §.Delegatus non poteſt ſubdelegare cauſam ſibi commiſſam.

Subdelegatus a ſubdelegato cui in totū nō fuit facta ſubdelegatio nō appellaꝰ ad papā:ſꝫ ad delegantē.iſta eſt regula.gl.eſt in.c.ſuper queſtionum.§.porro.de officio delegati.ꝛ ibi do.Abb.in verſi. No. ad eum.Fallit hoc qñ pars appellaret:ꝛ proſequereꝰ appellās coram papa.Et pars non cōtradiceret.Rota in nouis.cclxxxvij.incipiente.Jtem ſi tres in titulo de officio delegati.Do.de ſanc. Semi. in.c. ſi delegatus.de offi.deleg.in.vj.Fallit etiam in delegato inferioris a papa:qꝛ etiam ſi ſubdelegat nō in totū:poteſt tñ appellari ad papā do.Ab.in.d.c.porro.Et in.c.cū Bertho.de re iudica.in vltima columna,ꝛ hoc etiā habet locū in legato pape qui ſubdelegauit:qꝛ poterit appellari ad papā omiſſo legato,do.Ab.in.d.c.cum Bertholdus.in vltima columna.adde Felinum in dicto.c. ſuper queſtionū. §.porro.in verſicu.fallit primo niſi fieret.nu.13. fo.205.Ubi multa 1

bona

bona cumulauit in materia ista quotidiana.
Subditus qui defendendo iura domini sui circa subiectionem reportauit sententiam contrariam: an noceat domino talis sententia. vide.s.in.§.sententia lata contra subiectum super subiectione.
Subditi possunt agere pro suo interesse ne mutent dominos ꝛ principes suos.do.Abb.in.c.auditis.de prescrip.in.vij.col.in versi.item
3 sicut ibi Feli.nu.1.fo.51.
Subditus delinquens contra statutū qđ ignorat: an ignorantia excusat eum.glo.in.c.a nobis.de senten.excō.tenet qđ incurrit penam quia incidit in factū iam damnatū. Jo.an.in.c.vt animarū.de cōsti.
3 in.vj.tenet contrarium.vide Feli.in.d.c.a nobis.in versi. Quo autem ad secundam questionem.glo.ibi.Et vide Domi.nu.2.fo.206.
Subditus delinquens extra territorium an possit puniri a suo episcopo.do.Abb.in.c.a nobis. tenet qđ non.ibi vide Feli.in versi.ad
3 tertiam questionem.versi.circa tertium.nu.6.fo.eodem.
Subditus non potest venire contra prelatum vel superiorem suum qui vult reformare vel corrigere mores ipsius ꝛ allegare consuetudinem.de quo vide in litera C.in.§. Consuetudo non valet contra substantiam actus.
Subditi an possint interficere iuste principē suum iniustum vel qui eos opprimit intolerabiliter.adde an possint ad minus eum expellere aut ei non obedire: vide que posui in litera C.in.§.Ciues an possint expellere principem.
Subscribēs scripture alterius quādo sibi preiudicat. Jnn.in.c.quoniam cōtra.de probationibus.videt sentire qđ semper preiudicat: et ratio est: ipse dicit qꝛ omnis virtus attributa scripture alicuius ita operatur per subscriptionē ac si ipse scripsisset totā scripturā. Jdem tenet Bald.in auth.contra qui propriam.in.ij.col.in versicu. Jtem quero.C.de nō nume.pecu. Bart.in.l.emptor.§.lucius.ff.de pactis. ex quo no.duo.gl.in.c.quanto.de his que fiunt a prela.in verbo absentium. Ang.in.l.ita stipulatus.§.chrysogonus.ff.de verbo.obli. ꝛ do.Alex.in.l.cū antiquitas.C.de testamen.in.ij.col.vide per Feli. de.q.ista.in.c.quoniam cōtra.in versi. quarto quero vtrum, nu.43.
2 fo.94. Jntellige cōclusionē istā dūmodo fit actus qui non possit expediri me nō volēte: qꝛ subscribēdo video cōsentire ꝛ preiudico: secus si esset actus qui poterat expediri etiā me prohibente: qꝛ subscribēdo nō preiudico mihi. Bar.in.l.gaius.ff.de pigno.act.ꝛ dic qđ si possum cōtradicere: sed nō sine robore subscribendo nō preiudico. Bar.in.l.que dotis.ff.solu.ma.in fi.do.Abb.in.c.ex literis.de trāsac.in.ij.col.in versi.no.hanc glo.ꝛ ibi Anto.de but.ꝛ Jmol.Feli. in dicto.c.quoniam contra.in versi.limita primo.ibidem. nu.44. Jtē intellige nisi quis subscriberet se nomine alieno: quia non noceret si-
2 bi. Jmo.in.c.si quis presbyterum.de reb.eccle.non alie. Feli. in.d.c. quoniam contra.in versi.limita secūdo.ibidem.nu.45. Jtem intelli-
2 ge nisi quis subscribat se ratione officij: qꝛ nō nocet. Feli.in dicto.c. quoniam contra.in versic. limita tertio nisi quis. ibidē. nu.46. Jtē
2 intellige qđ si subscribit se tanq̄ testis nō preiudicat sibi. Feli.in ver. limita quarto.ibidem.nu.47. Vide ꝛ alias limitationes ad conclu-
2 sionem istam quas posuit Feli.in.d.c.quoniam contra.in versicu.limita quinto nisi subscribentes.ibidem.nume.48.adde ad ista.pone aliquis scripsit schedulam manu sua ꝛ non subscripsit.an illa faciat fidem cōtra eum.ꝛ vide Bar.in.l.cum tabernam.§.fidem.ff.de pig. ꝛ ibi Ange.ꝛ Salice.Anto.de but. in.c.ij.de fide instrumentorum. Bal.in proemio.ffor.um.in vlti.col.
Subscribens se schedule vacue cuius tenorem ignorabat an obligatus sit. Jnno.in.c.ij.de fide instru.dicit qđ non est obligatus.primo quia obligatio non trahitur ad incognita ꝛ penitus non essentia. Secundo non dicitur approbasse que ibi scribentur cum non vide-
3 rit.adde Feli.in.c.cum venerabilis.de excep.in ver. Fallit quarto. nu.37.fo.12.
1 Subscriptio concilij sine nomine pape quid importat.ponit Feli. in.c.j.de pac.in prin.nu.1.fo.241.
Subscriptio testium an sit necessaria in instrumento: an vero sufficit vt inscribatur per notarium.vide que posui in litera T.in.§. Testes in instrumento an debeant.
Substantialia videlicet de substantia adeo qđ si non exprimantur actus diceretur surreptitius.ideo in hoc casu que dicantur substantialia.ponit Feli.in.c.cum ad.ferrarien.de constitu.in versicu. Hec omnia ꝛ his similia.nu.7.fo.36.
Substitutio an euanescat per ingressum religionis quādo testator dedit substitutū sub conditione videlicet si institutus decederet sine liberis ex legitime descendentibus vel ex corpore suo natis: ꝛ questio ista orta est: qꝛ videtur qđ substitutus nō possit excludi per monasterium: qꝛ monasterij isto casu nō potest haberi loco filij ex quo testator dicit qđ si institutus decesserit sine filijs ex corpore suo natis: ergo ingrediēdo monasterij mens testatoris nō habuit effectū qui volebat qđ bona sua venirēt ad filios natos ex corpore instituti: sed monasterij nō est tale: ideo factū est totū substituto: quid dicēdum est in ista ardua subtili ꝛ difficili dubitatione in qua doctores fuerūt varij: inuenio quod Hostien.ꝛ Joan.and.in.c.Raynaldus.de test. tenent quod text.in.§.sed hoc presenti.in auth.de sanc.episco.ꝛ text. in.d.c.in presentia.de probationibus.qui tex.vult qđ monasterium habeatur loco filij nō habeat locum vbi testator in suo testamēto dixit instituo filium meum ꝛ si decesserit sine filijs ex se descendētibus vel ex corpore suo natis substituo talē qđ isto casu si filius institutus ingrediatur monasterij qđ monasterium nō excludit statutum. et idem tenuit Jo.de bel.in dicto.§.sed hoc presenti. Bald.in.l.si quis posthumos.ff.de liber.ꝛ posthumis. Bal.ꝛ Jmo.in.l.lucius.ff.de here.instituen. Sali.in auth.nisi rogati.C.ad trebellianum.in versic. Sed iuxta hoc quero.idem tenēt Bal.ꝛ Jmo.in dicto capitu.in presentia.in fine.vide per Felinum in dicto.c.in presentia.in sequē. versiculo allegato. Ubi multa adducit pro opinione istorum sic tenentium.adde quod contra istam opinionem ꝛ qđ imo in casu superius relato monasterij habeat oīno loco filij tenuit ad Dates. Cyn. Ray. Barto. Ange.ꝛ Pau.de castro.in dicta auten.nisi rogati.C.ad trebellia. Bar.diffuse in.l.si ita quis.§.j.ff.de lega.ij. Lappus allegatio.cxrix.incipiēte.primo queritur.do.Abb.in dicto.c. in presentia. in.xvj.columna.in versi.quid si testator.adde Felinum latissime in dicto.c.in presentia.in versi.predicto.vbi tenet opinionem istam secundam que videtur cōmunis ꝛ equior.adde ad ista pone qđ in aliqua dispositiōe facta est mētio de filijs ex se natis vel ex corpore suo natis vtrum veniāt nepotes.vide Bart.in.l.gallus.§.instituens.ff. de libe.ꝛ posthu.vbi etiam domi. Alexan. Bal.in.c.j.de succes.feud. in fine.vbi dicit qđ si pater recipit feudū pro se ꝛ filijs suis masculis ꝛ feminis ex suo corpore natis cōtinetur etiam filius filie: ꝛ idem tenet in consilio suo incipi.punctus talis. Bal.in preludijs feu. dicit qđ si fit mētio de descēdētibus ex suo corpore veniūt oēs in infinitū.
Substitutio cōpēdiosa que alio modo dicitur directa: an possit fieri per verbum deuoluantur. Et adde quid de substitutione fideicō. que alio modo dicitur aliqua: an etiam possit fieri per verbū deoluant. do.Abb.in.c.in presentia.de proba.in princip. dicit qđ vbi est aliquis institutus: ꝛ postea alius substitutus: vt puta volo qđ bona mea deuoluātur ad talē: qđ tūc tale verbū importet substitutionem fideicō. ꝛ nō directā. ꝛ reprobat opinionem Ant.de bu. ibi qui dicebat qđ verbum deoluitur: importat substitutionem directam. Do.de sanc. He.in.c.si pater.de testamē.in.vj.in prin.ponit que verba importāt directam substitutionem ꝛ que obliquam ꝛ post multa dicit quod verbum deoluit importat substitutionē directā quādo contingit qđ ipsius virtute bona deoluunt sine persona media sed si adest persona media non importat directam substitutionē: sed obliquā: ꝛ hoc est bonū scire: nam vbi est obliqua substitutio que dicitur alio modo fideicōmissaria: detrahitur quarta: secus si directa. dicto capitulo si pater. tamen si vis cognoscere que sunt verba que importāt naturam obliquarum substitutionū ꝛ directarū. vide gl. in dicto capitulo si pater. in verbo absq; deductione in fine. ꝛ Bart. in.l.cēturio. in vltima char. ff. de vulg. ꝛ pupil. vbi dicit qđ istud verbum deoluatur est verbum cōmune aptum importare vtrūq; idē tenet Bal.in.l.lucius.in princi.ff.de vulga.ꝛ pupil. Petrus de ancharano.in dicto capitu.si pater.ꝛ in istis verbis vide plene per Bald. in.l.fina.in penulti.ꝛ vlti.colum. C.de sacrosanctis ecclesijs. Bar.in
2 consilio suo incipiente. pater filio impuberi. Feli.in dicto.c.in presentia.de proba.in versicu. Jn text.ibi deoluerētur. nu.2. fo.74. adde tu ad istam regulam infallibilem que venit ad limitationē omnium iurium loquētium in materia ista. ꝛ dic qđ vbi potest fieri interpretatio qđ dispositio testatoris valeat iure directo. ꝛ qđ valeat iure fideicō. semper potius fit interpretatio vt valeat iure directo. text. est in dicto capitulo si pater. de testa. in sexto. ꝛ dic etiam qđ si testator titio instituto facit simpliciter substitutionem per istud verbum: substituo Sempronium: talis substitutio in dubio interpretatur qđ sit directa substitutio vulgaris tantum: vt aperta litera. in.l. iam hoc iure. in versiculo. vulgarem tantum. ff. de vulga. ꝛ pupilla. Vide latius de hoc per Barto. in.l. centurio. ff. eodem.
Substitutio facta in defectū liberorū vtrū indistincte expiret per ingressum religionis. glo. fina. ꝛ domi. Abb. in capitu. in presentia. de probationibus. in. xij. columna. in versi. quero vtrū dicunt qđ si persona priuata est instituta qđ euanescit: qꝛ isto casu ingressus monasterium fingitur habere heredē: si autē substituitur ecclesia vel alius locus pius vel videtur pecunias expendi ad pias causas: tūc nō ex-
2 pirat substitutio. adde qꝛ idē tenet Felinus in dicto capitulo in presentia. in versicu. gloss. fina. Ibi non euanescit. nume. 29. fo. 77. Sed pulchrum est videre: an ecclesia instituta heres possit detrahere falcidiam de legatis ad pias causas vel de legatis factis ad aliam ecclesiam. domi. Abb. tenet qđ sic. in dicto capitulo in presentia. in. xij. columna. in versi. ꝛ per hanc glo. vide glo. in. c. pontifices. xij. q. iij. vide Ange. in. §. sed hoc presenti. in auten. de san. episco. domi. Abb. in. c. cum causa. de preben. in. j. col. adde Feli. in dicto. c. in presentia. in versi. predicto.
Substitutio facta in defectum liberorū. an euanescit si heres institutus efficiatur clericus secularis sicut quādo efficitur monachus. d. Ab. in. c. in presentia. de prebē. in. xiij. col. in versi. quero vlterius di-

cit qꝫ talis substitutio nō euanescit si substitutus efficiat clericus: et vult qꝫ priuilegiū datū monasteriis nō extēdatur ad ecclesias seculares: tamen Ant.de bu.ꝛ Jo.de imo.ꝛ Pet.de ancha.in.d.c.in presentia.videtur sentire qꝫ ecclesia secularis gaudeat eodē priuilegio
2 quo etiam monasterium.adde Feli.in.d.c.in presentia.in ver.in ea.glo.ibi exiguntur duo.nu.31.fo.77.Ubi tenet contra do.Abb.in.d.c.in presentia.in xv.col.in versi.vlti.glo.hic querit.
Substitutio an euanescat si ingrediēs monasteriū nō perseuerat in monachatu: vt puta intrauit: sz exiuit ante tps pbatiōis vl mortuꝰ est anteꝙ esset factꝰ monachus.d.Ab.in.c.in presentia.de proba.in xiij.col.in ver.insup ḡro dicit qꝫ nō euanescit talis substitutio. adde qꝫ in simili cōsuluit Ange.in cōsi.suo.xxxiij.incip.cōstantius arcolani.vbi dicit qꝫ maritus qui reliquit vxori ad hoc vt ingrediat monasteriū intelligit̄ de ingressu cū perseuerātia.Bal.Sal.in.l.si quis. C.de insti.ꝛ substi.ꝛ ideo dicit Archi.in.c.cū simus.xij.q.ij.qꝫ volēs
2 ingredi religionem nō satisfacit si ingrediatur ꝛ exit.adde Feli.in.d.c.in presentia.in versi.in eadem glo.ibi teneat.nu.32.fo.eo.
Substitutio an euanescit si institutus non ingreditur monasterium sed ipsum monasterium heredem instituit.do.Abb.tangit hāc difficultatem in.c.in presentia.de proba.in.xij.col.in versi.ex predictis decisam puto:ꝛ ibi tenet qꝫ nō.idē tenuit glo.in auth.nisi rogati.C. ad trebel.ꝛ Archi.in.c.si mulier.xix.q.iij.Jo.an.ꝛ Ant.de bu.ꝛ Pe.
2 de ancha.in.d.c.in presentia.adde Feli.in.d.c.in presentia.in verū.in ea.ibi fiat monachus.ibidem.nu.3.Ubi reddit rationem quā posuit do.Abb.in.d.c.in presentia.
Substitutio an euanescit si institutus ingrediatur monasterium et efficiatur monachus in fraudem substituti.do. Abb.in.c.in presentia.de proba.in.xv.col. tangit hunc articulum.ꝛ tenet qꝫ non euanescit substitutio.idē tenet Bal.ibi.ꝛ dicit plus qꝫ si institutus profitetur in articulo mortis qꝫ non euanescit substitutio: qꝛ videt fieri
2 in fraudem.adde Feli.in.d.c.in presentia.in versi.ꝛ per istam glo. dicit Abb.nu.34.fo.78.
Subtrahens probationes partis aduerse: adeo qꝫ non possit probare an debeat perdere causam.vide que posui in litera P.in versi. probationes si sunt subtracte.
Successio iudeorum ab intestato hodie quomodo regulatur.an secundum legem mosaicam: an vero secundū legem ciuilem.vide que posui in litera J.in.§.iudei non tenentur seruare.
Successor an possit capere bona ingressi religionem facta professione.vide que posui in litera F.in.§.filij an possint capere.
Successoris appellatione in dubio intelligitur de vniuersali tātum: ꝛ non singulari.Feli.in.c.qꝛ gu.de iudi.in ver.Nota qꝫ appellatione successoris.nu.5.fo.17.adde qꝫ istud est pulchrū scire: ꝛ hoc quia actiones personales non transeunt contra singularem possessorem: ita dicit Bar.in.l.quedam.§.nihil interest.ff.de eden.adde text.in.l. j.§.si heres.ff.ad trebel.ꝛ hinc est qꝫ executio instrumenti guarentigiati vel sententie non potest peti contra singularem successorem tenentem aliqua bona obligata.gl.no.in.l.ea.C.de condi.ob causam. No.Bal.in.l.ij.C.si aduer.cre.vbi dicit hoc esse notandum contra ignorantes procuratores ꝛ aduocatos.
Successores excommunicati an sint etiam ipsi excommunicati: puta multi ciues vnius ciuitatis sunt excommunicati an filij sint etiam excommunicati.vide Bal.in.l.si grege.§.fi.ff.de leg.j.Bar.in.l.inter stipulantem.§.famam.ff.de verbo.obliga.Innocē.in.c.grauem. de senten.excom.Inno.do.Abb.in.c.aduersus. de immu.eccle. ꝛ com-
3 muniter tenetur qꝫ non. vide Feli.in.c.responso.de sen.excommu.in versi.sed quid in successoribus.nu.4.fo.212.
Summaria cognitio.si in summaria cognitione testes recipiantur non potest pars aduersa reprobare ipsos testes neqꝫ circa personam neqꝫ circa dicta.de quo vide que posui litera T.in.§.Tertius comparens pro suo interesse ad finem vt impediat.
2 Summaria cognitio qñ sufficiat in qualitate negata. ponit Feli. in c.si clericos laicum.de foro compe.in versi.Limita secundo hanc cōclusionem.nu.2.fo.32.
Summariū iudiciū vbi nō procedit in figura iudicij acta debēt reduci in scriptis.ꝛ non possunt scribi per iudicē: sed per aliū.ita Feli. in
2 c.quoniā cōtra.de proba.in prin.nu.1.fo.88.Limita istud nisi sit causa modica qꝛ non requiritur scriptura: sed statur assertioni iudicis. Bar.in auth.nisi breuiores.C.de sen.ex peri.reci.do.Abb.in.d.c.quoniam contra.de proba.in.ij.nota.ꝛ vide per Feli.vbi.§.
Supplere an sit.adde ꝛ vide que posui in litera D.in.§.Declarare.
Suprema potestas pape an possit prescribi.vide que posui in litera P.in.§.prescriptio non currit contra supremam potestatem pape.
Surreptio in vna parte rescripti non vitiat totū rescriptum in par-
1 tibus separatis.Feli.in.c.ad audiētiam.el.j.de rescrip.in ver.Amplia tertio.nu.2.fo.93.
Surreptio rescripti infra quantum tempus de surreptione rescripti
1 debeat excipi.ponit Feli.in.c.constitutus.de rescrip.in ver.Jnquātum tangit Abb.nu.21.fo.111.
Surreptio dolosa vitiat rescriptum ad lites in totum non dolosa ex ignorantia vel simplicitate vitiat formam: sed remanet substātia vide in materia ista que posui in litera R.in.§.rescriptū surreptitium si per dolum.
Surreptio in lr̄is ad bñficia an vitiet gratiā.vide Feli.in.c.sup lr̄is. in.j.col.in versi.prima cōclu.sicut in literis.nu.2.de rescrip.fo.97.
Surreptio circa malam deductionem iuris cōmunis non vitiat impetrationem beneficij: vt puta quis impetrauit archidiaconatū mu
1 tinēsem non habet necessario facere mentionē de cura: qꝛ habet eam de iure cōmuni.Feli.in.c.super literis.de rescrip.in versic.scōa regula surreptio.nu.9. fol.113.Adde etiam qꝫ non est necesse facere mentionem de illis que sunt notoria in curia pape.ita Feli.in.d.c. super literis.in loco preallegato.qꝫ nota.
Surreptio non dolosa vitiat priuilegium indistincte.ita Feli. in ca. super literis.de rescrip.in versi.limita tertio dummodo loquamur. nume.3.fo.12.
1 Surreptio ꝛ obreptio inter se differūt. Fel.in.c.cū dilecta.de rescrip. in versi.tene menti differētiam inter surreptionē.nu.2.fo.119. Adde do.Abb.in.d.c.cū dilecta.in.ij.col.in vsi.quartū intellectū.Adde tu an iudex ex officio suo possit eū qui obrepserit punire: ꝛ q̄ sunt pene obripientes iudicij: an sit pena falsi.vide in.l.si qs.ff.de repeti.et in.l. quicunqꝫ.vbi Bal.ad fi.C.de ser.fug.Bal.in.l.vnica.C.si nup.ex rescripto prin.pet.ponit quis dicatur obripere.ꝛ in.l.ꝛ si legibus.C. si contra ius vel vtili.publ.adde do.Abb.in.d.c.cum dilecta.in versic. quartum intellectum.
Suspēsus actualiter: vt in.c.ij.de penis.in.vj.nō debet habere sustētationē a beneficio si qꝫ habebat: qꝛ ecclesia de illo nō curat: secus est si esset suspēsus a beneficio verbaliter: qꝛ ei puidebit̄ tm̄ ne egeat. qꝛ
3 dz viuere clericaliter.de quo vide Feli.in cap.apostolice.de except.in versi.ꝛ qꝫ dixi de depositio.nu.11.fo.18. Et hoc modo intelligas illa que posui supra.in.§.suspensus a beneficio est priuatus.vbi dixi qꝫ suspensus debet habere modicam sustentationem de fructibꝰ beneficij: hoc est verum in suspenso verbaliter: secus si actualiter vt hic. vide Feli.vbi supra.
Suspensus actualiter nō retinet beneficium fori: secus est in suspen-
3 so verbaliter.Spe.in tit.de competen.iudi.adi.§.j.in prin. Feli.in.c. apostolice.de excep.in ver.allegato.
Suspēsus iuste seu nulliter dz recuperare fructꝰ beneficij sui a quo fuit suspēsus.gl.ī.c.super cā.ij.q.v.ꝛ ibi Do.de sanc.Be.do.Abb.in
3 c.pastoralis.de ap.in fi Feli.in.c.apostolice.de excep.in versi. suspensus eūt vel excōmunicatus.nu.12.fo.eod.Adde an debeat recuperare distributiones quotidianas.vide Feli.in.d.versi.
Suspensus iuste non recuperat fructus beneficij a quo fuit suspēsus nisi in sententia expresse diceretur qꝫ recuperaret fructus.ita Feli.in d.c.apostolice.de excep.in versi.allegato.
Suspensus ab officio ꝛ bñficio si capit fructus de facto: lz non faciat eos suos: tū ppter hoc nō est irregularis.Spe. in tit.de lega.§.iusta versi.itē no.dō.Lar.in cle.vt hi qui.in.xix.q.de eta. ꝛ quali.gl.in cle.
3 ij.de vi.ꝛ hone.cle.in verbo suspensus.Adde Fel.in.d.c.apostolice. de excep.in versi.si autem suspensus.nu.13.fo.eo.
Suspēsus a beneficio si celebrat nō est irregularis propter hoc. Jn-
3 no.in.c.si celebrat de cleri.excom.mini.Feli.in.c.apostice.de excep.in versi.predicto.
Suspēsus a bñficio tm̄ pōt eligere nō tū eligi pōt. Jtē nō pōt se impedire de cōmunib⁹ negotijs ecclesie a qua est suspēsus.ita.d.Ab.in.c. apostolice.de except.in.iij.col.in ver.aut est quis suspēsus.idē tenet
3 do.Lar.in cle.vt hi qui.de eta.ꝛ quali.in.xviij.q.vide Fel.in.d.c.apostolice.in vers.ꝛ licet but.hic dicat.nu.14.fo.eo.adde ꝛ dic qꝫ inquātum dixi suspensus nō pōt eligi qꝫ hoc verum est in territorio suspēdētis sed extra territoriū suspēdentis bñ poterit eligi.adde etiam qꝫ poterit se impedire de cōibus negotijs bñficij qꝫ habet extra territorium suspendētis.do.Lar.in.d.cle.vt hi qui.circa fi. ꝛ sentit ista do.
3 Abb.in.c.apostolice.in versi.limita materiā nisi taliter.nu.15.vbi.§. adde tñ qꝫ si esset suspensus ab oībus beneficijs talis suspensus non posset se impedire de communibus negotijs beneficij etiā extra territorium suspēdentis. Jtem si suspēsus esset suspēsus a lege vbiqꝫ operaret talis suspēsio. ꝛ sic extra territoriū de quo vide Feli.in.d.c.apostolice.in dicto versi.
Suspēsus ab ingressu vnius ecclesie poterit celebrare in alia ecclesia ꝛ etiam extra ecclesiam.Jnno.in.c.sacro.de sentē.excommuni.in gloss. in.c.is cui eodem titu.in.vj.Specu.in titu.de legato.§.iuxta. versic. quid si aliquis.Hostien.in titu.de verb.signi.§.quādo aliquis.Cal. in tractatu de ecclesiastico interdicto in secūdo membro principali. questione.xxxviij.in.c.sacro.de sentē.excom.in ver.in gl.in verbo per mensem.col.iij.
Suspensus potest agere: qꝛ ipsi nō est interdicta hominum cōmuni-
2 catio: ita Feli.in.c.intelleximus.de iudi.in ver.Nona declaratio.nu. 10.fol.13.
Suspensus ab homine si celebrat deponitur: secus si a iure: quia nō deponitur: ita Lappus Abb.in.c.vt clericorū.de vi.ꝛ hone.cleri.d. de Rota.in antiquis decisio.cccxviij.in titu.de sentē.excom.vbi dicūt

suspen.

Suspen.a canone celebrãs nõ est irregularis: secus si ab homine.vi
1 de per Fel.in.c.pastoralis.§.fina. de offi.deleg. in versi. Glo.in ver. appellatione.nu.23.fo.205.
Suspensus ab homine non põt eligere secus si a lege.gl.in.c.si apostolice.de excep.Adde Bal.in.c.q̃ translationẽ.de offi.deleg. qui in simili dicit q̃ legatus non absoluit excõmunicatum ab homine:secus si a lege.vide etiam Feli.in.c.pastoralis.§.fi.de offi.deleg.in ver. allegato.
Suspensus a papa vel ab alio nõ põt inferior absoluere.do. Ab. in
2 c.tam literis.de testi.in versi.no.vltimo.Adde Fe.ibi in princi.nu.i. fo.125.Et hoc etiam habet locum in excommunicatione.
Suspensus an possit absolui ad cautelam.do.Ab.i.c.apostolice. de
3 excep.in.i.col.in versi.no.secundo.tenuit q̃ sic:idem tenet Fel.ibi.in ver.dũ Ab.no.suspensum.nu.3.fo.17. Ubi dicit q̃ secus est in interdicto generali vbi ciuitas est interdicta generaliter.vide que posui in materia ista in litera.A.in.§.absolutio ad cautelam.ꝛ in litera.J.in §.interdum particulare.vbi posui an in eo habet locus absolutio ad cautelam.
Suspensus a bñficio est priuatus fructibus beneficij.ita do.Ab.in.c. apostolice.de excep.in.iij.col.in ver.ex hac glo.ꝛ ibi idem tenet Ant. de but. Adde tñ q̃ iste sic suspensus a beneficio dz habere sustẽtationẽ de fructibus ipsius bñficij tm̃:ne egeat ꝛ non vltra.ita do.Ab. in dicto.c.apostolice.ꝛ Ant.de bu.in loco prealligato qõ itellige sano mõ:dũmõ sit suspensus a bñficio propter delictũ:ex quo q̃ nõ pt exire ab ipsa suspẽtione ab libitũ suum:ideo habebit sustẽtationẽ modicam ad hoc ne egeat.ita do.Ab.in.c.pastoralis.§.fi.in.vij.col. ꝺ appel.domi.de san.Semi.i.c.preter hec.xxxij.dist. Adde q̃ secus est in suspenso ob cõtumaciã:q̃ nõ debet habere sustentationẽ etiã modicam:q̃ in faculate est exire de suspensione obediẽdo.ita.do. Abb.in loco prealle.videlicet ibi.d.c.pastoralis.ꝛ domi.de san.Semi.vbi.s.
3 vide Fe.in.d.c.apostolice.in ver.modica sustentatio. nu.9.folio.18. Adde tñ q̃ si suspensus propter delictũ vel etiã suspensus ob contumaciam periturus esset fame succurretur ei ad hoc ne periret de fructibus bñficij a quo est suspẽsus.gl.fi.in.fi.in.d.c.pastoralis.d. Lar. in cle.vt hi q.de etate.ꝛ qua.in pe.col.in ver.xx.quero. Feli.i.d.c.apostolice.in ver.intellige dupliciter primo.nu.10.fo.eo.
Suspensus a beneficio si habet patrimoniuz vnde vinere potest vel habet industriã:nihil habebit de ecclesiastico beneficio: ꝛ hoc intelligas siue sit suspensus propter delictum siue sit suspẽsus propter cõ-
3 tumaciam. Bal.in.c.cum vintoniẽsis.de elec.Fe.in.c. apostolice.de excep.in versi.alle.s.et ver.prece.
Suspensus ab officio nõ põt eligere neq̃ eligi i nullo loco: q̃ vbiq̃ operat illa suspẽsio. Et sic neq̃ in territorio suspendentis neq̃ extra
3 de quo vide Fe.in.c.apostolice:de excep.in versi.alleg. Et inquantũ dixi q̃ suspensus ab officio nõ põt eligere.vide Fe.vbi.s.q̃ dubitat.
Suspensus ab officio tenetur dicere officiũ ꝛ horas canonicas secrete.glo.i.in.c.ij.ꝛ in.c.illud.de cleri.excõmu.mini.in verbo.officia.gl. fi.in.c.presbyterum.xxvij.distin.bonus tex.in.c.sicut.de homi. doc. in.c.i.de sentẽ.excõmu.in.vj.tñ non poterit dicere dñs vobiscũ.vide
3 Fe.in.c.apostolice.de exceptio.in ver.Circa suspẽsum ab officio.nu. 16.fo.18.Adde quid de excommunicato an teneatur dicere horas canonicas.vide Feli.vbi.s.
Suspensus ab officio celebrans est irregularis siue sit suspẽsus a canone siue ab homine.glo.ij.ꝛ iij.in.c.is cui.de senten.excommunica. in.vj.domi.de Rota in decisio.iij.in antiquis.in tit. de senten.excõ-
3 mu. Feli.in.c.apostolice.de excep.in versi. Cetera de materia suspensionis.nu.17.fo.eo.
Suspensus ad tempus vtrum postq̃ tempus prefixum suspensioni est elapsum requiratur absolutio.vide gl.in cle.i.in verbo donec. de deci.que dicit q̃ quo ad ecclesiam requiritur absolutio. vide Inno. ꝛ Anto.de but.in ca.bone.de eta.ꝛ quali.do.Abb.in.c.i.de iud.in.i.
3 col.do.de sanc. Semi.in.c.in primis.in.iij.col.ij.q.i. Fe.in.c.si quis. de simo.in prin.nu.1.fo.170.
Suspẽsio facta de aliquo donec satisfecerit:an requiratur absolutio
2 si satisfecerit: vide Fe.in.c.i.de iudi.in ver.vbi vero aliquis est suspensus.nu.5.fo.2.
Suspitio iudicis notoria an faciat cessare vt nõ sit eundum ad arbi.
2 iudi.vide per Fel.in.c.accedens.el.i.vt lit.non contesta.in versi.Inquantum.Abb.nu.6.fo.56.
Suspitio iudicis que superuenit post conclusum in causa an possit opponi vide que posui in litera.J.in.§.iudex suspectus.
Suspitionis causa proposita an semper arbitri eligantur. vide que posui in litera.D.in.§.Delegatus qui sudelegauit.
Suspitionis cause que possunt opponi cõtra iudicem suspectũ multe sunt quas enumerat glo.in.c.causaz que.de offi.dele.sz si vis vide
1 re latius quot sunt.vide per Fe.in.c. postremo.de appel.Adde Fe. in dicto.c.causam que.in ver.glo.i.nu.2.fo.191.
2 Subtrahens aduersario copiam probationum debet perdere causam de fide.instru.c.accepimus.nu.15.fo.160.
Suus. hoc pronomẽ su? verificabit etiã in eo qui hz iurisdictionẽ in loco. Item si fertur in materia in qua datur dominium tunc late cõprehendit eum qui habet iurisdictionem. vnde si patronus laicus in libello super iure patronatus diceret ecclesiam esse suam sustẽtatur libellus nec dicitur nullus.imo plus nõ vitiabitur libellus . vide do. Ab.in.c.pro illorum.de preben.in.i.no. Bar.in.l.quintus.ff.de auro ꝛ arg.leg.Feli.in.c.ij.de iureiuran.in princi.ꝛ Fe.in.c.examinata. de iudi.in versi.do. Lar.allegat hic.nu.8.fo.23.
Suorum appellatione qui veniant. Et hoc q̃ est concessum clericis suam ꝛ suorum iniuriam vindicare qui veniunt in isto casu.vide que posui in litera.L.in.§. Coniuncti in materia capituli nonnulli.
2 Suus sua suum pronomen semper denotat dominium. Fe. de spõ. ꝛ ma . c.i.nu.8.fo.126.



Abelliões in testificatu preferunt alijs Bal.in aut.sz cũ testõz. C.ad
2 legem falcidiam.adde Feli.in.c.in nostra . de testi.in ver.preferuntur etiam tabelliones.nu.9.fo.126.
Tacẽs vr̃ affirmare q̃si ei imputant duo:q̃ vno negato alterũ vr̃ affirmare.ita.d.Ab.in.c.nõne. de presump.in princ.vbi vult q̃ istud nõ cõprehẽdat in q̃stione illa q̃ dicit: an tacens debeat habere pro confitente:an pro negante:q̃ tenet ibi
2 q̃ ista sit firma regula.q̃ habetur pro cõfesso.ꝛ tu.vide Fel.ibi.in.d. c.nõne.in princ.nu.1.fo.182.Et sic per ista habes q̃ negatio vni? inducit affirmationẽ alteri?.adde q̃ fallit istud in conueris: q̃ si fieret expressio in altero ex conueris:puta q̃ exprimit affirmatiue vnũ ex
2 conueris nõ intelligit dictũ negatiue de alio conuero.vide Fel.in.d. c.nonne.in ver.primo em̃ fallit.nu.2.fo.e. Item fallit q̃n duo exprimuntur si vnũ venit solum principaliter allud cõsequenter:q̃ tunc si principale negatur intelligitur etiã negatũ accessoriũ.Ant.de bu.in
2 c.i.de pac.in.iij.no.ꝛ ibi do.Abb.circa finẽ.Feli.in.d.c.nõne. in ver. fallit secundo.ibidem.nu.3. Item fallit quando proponuntur duo per verba comparatiua:vt si dico quis istorum est bonus: si respondetur iste intelligitur q̃ alius sit malus : sed si dico quis istorum est
2 melior:si respondeꝛ iste nõ sequitur iste est malus. Fel.in.d.c.nonne. in ver.fallit tertio ibidẽ.nu.4. Item fallit quando duo proponũtur seu imputantur:q̃ si esset eadem ratio in vtroq̃:q̃ negãdo vel affirmando:vtriq̃ videtur affirmatum. Bar.ꝛ Bal.in.l.i.C.de diuer.re
2 scrip. Fel.in.d.c.nonne.in versi.fallit quarto.ibidem.nu.5.
Tacens in obligatiõe psonali videꝛ ꝺicere ꝛ sic vbi agit̃ de obligãdo quẽ psonaliter:taciturnitas habeꝛ pro cõtradictiõe:pone q̃s ꝙsti tuit̃ ꝓcurator:ꝛ est presens:ꝛ tacet nõ videꝛ cõsentire.l.filius.§.inuitus.ff.de ꝓcur.do. Ab.in.c.nõne de presum.in.ij.col.in ver. ꝛ in hoc
2 ꝛ ibi Feli.in ver.scõa regula vbi.nu.6.fo.183.adde q̃ fallit istud fauore pupillorũ:q̃ si quis presens datur fideiusso? tutoris si patitur nomen suum describi:ꝛ tacet.talis taciturnitas hr̃ pro consentiente.ita
2 Bar.ꝛ Bal.in.c.cum ostendimus.§.fi.ff.de fideiusso.tuto. Fel. in.d. c.nõne.in ver.fallit primo ista regula.nu.7.fo.83. Item fallit fauore matrimonij q̃ si pater cõtrahit matrimoniũ pro filio eo presente ꝛ nõ cõtradicẽte:q̃ filius tacẽs ꝛ presens obligat̃ ex matrimonio cõtracto p patrẽ.ita do.Ab.in.d.c.nõne.in.ij.col.in ver.ꝛ tacẽs.vbi allegat tex.in.c.vnico.de despõ.impu.in.vj. Et no.q̃ istud nõ hz locũ in alijs cõsanguineis.ita Jo.an.in.d.c.vnico.ꝛ do.Ab.in.d.c.nonne in loco ꝓallegato:q̃ tñ intellige sano mõ nisi pater esset furiosus:vel terribilis:q̃ filius tacẽs nõ habereꝛ p cõsentiente:imo posset venire cõtra matimoniũ.do.Ab.in.d.c.nõne.in.iij.col.in vers. predicta fallũt.ꝛ vide gl.in.c.presens.xx.q.ij.in verbo patrẽ.q̃ dicit q̃ timor pa-
2 tris impedit matrimoniũ spirituale.vide Fel.in.d.c.nonne. in versi. fallit secundo in casu.nu.8.ibidẽ. Itẽ fallit in cõtumace in respõdendo q̃ habeꝛ p cõsentiẽte vel pro negãte quaten? vertit magis suum
2 preiudiciũ.do.Abb.in.d.c.nõne.in.ij.col.in ver. Itẽ.ꝛ ibi Fe.in ver. fallit tertio in cõtumace.nu.4.fo.182. Item fallit q̃n quis tacet.ꝛ vltra tacere facit actũ p quẽ demonstrat cõsentire:q̃ etiã si agit̃ de obligatiõe psonali hoc modo tacẽdo sibi preiudicat.do.Abb.in.c.nõne.
2 in.ij.col.in ver. Itẽ quero. Feli.ibi in ver.fallit quarto.nu.19. fo.183.
Tacẽs vbi agit̃ de aliquo preiudicio videꝛ cõtradicere etiã si nõ agit̃ de obligatione personali:q̃ regulariter tacẽs hoc casu habetur pro contradicente. Et marime vbi contradicendo nõ potest impedire et hoc si nõ arctaꝛ aliquo iure ad loquendũ.do. Ab.in.d.c.rõne:de pre
2 sump.in.ij.col.in.ver.aut igitur.ꝛ ibi Fel.in ver.tertia regula.nu.11. fo.s.allegato.adde q̃ istud hz locũ etiã vbi qs põt cõtradicere.quia dato q̃ taceat nõ psumit̃ cõsentire:q̃ nõ credit̃ qs velle iactare suuz do. Abb.in.d.c.nonne.in.iij.col.in ver.alij tenent.Fe.ibi.in ver.ꝛ hz locum ista regula.adde q̃ fallit ista regula in tacente videlicet quando quis potest contradicere:ꝛ fraudulenter tacet : q̃ isto casu habeꝛ pro consentiente:ꝛ sibi preiudicat ac si expresse consentiret do . Abb.
2 in.d.c.nonne.in.iij.col.in versic.alij tenent. Et ibi Feli. in versi.fallit primo ista regula.ibidem.nu.13. Item fallit ista regula in tacente ratione coniunctionis sanguinis:quia tacens habetur pro consentiente.etiam in preiudicialibus.d.Abb.in.d.c.nonne.in.iij.col.in versic.
2 predicta ibi. Fe.in ver.fallit secundo rõne cõiunctionis.nume.4.fol. 183. Item fallit ista regula in tacẽte fauore diuini cultus seu religio-

nis:pone q̃ seruus ordinatur sciente dño ꝛ nõ contradicẽte videt cõ
sentire do.Ab.in.d.c.nonne.in.iij̃.co.in ver.Itẽ in fauorẽ reipubli-
2 ce.Jo.an.in regula qui tacet.de re.iu.in.vj.Feli.in.d.c.nonne.in ver.
Fallit quarto fauore diui.nu.15.fo.183.Itẽ fallit ista regula in tacen
3 te cui facta est protestatio:q̃ sibi preiudicat tacẽdo.de quo vide Fel.
in.d.c.nonne.in ver.Fallit sexto in protestatione.ibidẽ.nu.17.Item
fallit ista regula in eo qui est vocatus ad aliquẽ actum ad hoc vt con
sentiat vel contradicat:q̃ postea si est presens in actu ꝛ tacet habetur
pro consentiente.Innoc.in.c.vestra.de locato.ꝛ do.Abb.ibi in fine.
2 Ant.de but.in.c.cũ oẽs.de consti.in.viij̃.col.Feli.in.d.c.nõne.de pre
sum.in versi.Fallit septimo ꝛ vltimo.nu.18.ibidem.
Tacens presumit consentire q̃ agit cõmodo suo vel de re sibi appe
tibili.gl.in.c.sicut.de electio.in.vj.in verbo per vnum.oñs.Ab.in.c.
nõne.de presum.in.iij̃.col.in ver.aut nõ agit.ꝛ ibi do.Car.ꝛ Ant.
2 de but.Bar.ꝛ alij̃.in.l.que dotis.solu.matri.Fe.in.d.c.nõne.in ver.
Quarta regula.nu.19.fo.s̃.allega.Ubi ponit plura exempla ibi eũ
vide.Adde q̃ fallit istud q̃ tacẽs ostẽderet aliquib⁹ signis nolle cõ-
2 sentire.Fe.in.d.c.nõne.in ver.fallit primo dicta regula.nu.20.ibidẽ.
Item fallit vbicunq̃ lex requireret pro forma loquelã:q̃ isto casu ta
cẽs nõ haberet pro cõsentiẽte.tex.est de hoc.in.c.cũ pro paruulis.de
2 cõse.distin.iij̃.vide Feli.in.c.nonne.in ver.fallit secũdo.ibidẽ.nu.21.
Taciturnitas non nocet tacenti.ꝛ hoc quando ille tacet propter re-
uerentiã quam habet ad superiorem.Bar.in.l.que dotis.ff.sol.ma.
2 in pe.col.Ant.de but.in.c.nonne.de presum.Fel.ibi.in versi.vltimo
scias.nu.22.fo.eo.vide que posui.s̃.in.ſ.taciturnitas quãdo noceat.
Taciturnitas quando operatur consensum:etiam in collegiatis.vi
de que posui in litera.C.in.ſ.collegium aut capitulum.
1 Taciturnitas q̃ inducat consensum.ponit Fel.in.c.cũ oẽs.de cõsti.
in ver.adde Fel.in cõsi.xvij̃.nu.11.fo.xix.adde tu.Bart.in.l.de etate.
ſ.qui tacuit.ff.so.matri.ꝛ in.l.titia.la.j.post gl.ff.de leg.ij̃.Et hoc in
iudicialibus:q̃ taciturnitas in iudicio ad interrogationẽ iudicis in
ducit cõfessionẽ.gl.in.c.certũ.ſ.j.ff.de cõfessis.Bal.ꝛ alij̃ in.l.iij̃.in.j.
nota.C.quãdo fiscus vel priua.Bar.in.l.j.de crela.in ver.vltimo no.
Taciturnitas q̃ noceat tacẽti dic q̃ sunt alij̃ casus in quib⁹ gs tacẽ
do videt cõsentire.in reg.is qui tacet.lib.vj.adde q̃ illis casib⁹ quis 3
per taciturnitatẽ nõ videt cõsentire si est talis pson̄a que tenetur pre
stare reuerẽtiã.Et sic tacendo non videt consentire.ita Bar.in.l.que
dotis.in pe.col.ff.sol.ma.Bal.in.l.si fine.in prin.C.de adul.Ant.de
1 but.in.c.nonne.de presum.in fi.vide per Feli.in.c.cãm matrimonij̃.
de officio deleg.in ver.tñ ista declaratio non procedit.nu.4.fol.190.
adde ad ista illa que posui in litera.M.in.ſ.Matrimonium cõtra-
ctum parte cogente.adde Feli.in.c.nonne.de presum.in ver.fallit se-
cundo ratione coniunctionis.nu.4.fo.183.
Tacitus consensus in prorogatione an sufficiat.vide que posui in li
tera.P.in.ſ.Prorogatio.
Tara beneficiorum semper durat.ita Feli.in.c.ad aures.de rescri.in
versi.Limita primo nisi beneficium.nu.17.fo.91.
Taxatio rei videlicet q̃ vltra quis nõ possit habere de re illa nisi per
1 tantã summã vel tẽpus qũo fit ꝛ quibus verbis:ponit Feli.in.c.sup
literis.de rescrip.in ver.Modos aũt cognoscendi.nu.4.fo.113.
Taxationem expensarum potest sibi reseruare iudex in sententia dif
finitiua nõ aũt cõdẽnationem.An.de bu.in.c.grauis.de restitu.spo.
circa finẽ.Bar.in.l.fructus.circa fi.ff.de rei vendi.ꝛ Pau.de castro.ꝛ
do.Alex.in.l.paulus la.j.ff.de re iud.do.de Rota.in ti.de re iudi.in
antiquis.xxij̃.q.vbi dicunt fortius q̃ iudex qui reseruauit taxationẽ 3
expensarum in quibus condẽnauit reum si ab eo appellatum pote-
3 rit tñ taxare non obstante appellatione.de quo vide Feli.in.c.signi-
ficauerunt.de excep.in versi.Demum circa dictam.l.nume.7.fol.22.
3 **Temperantia** est adhibenda in studendo.de magi. c.j.nu.2.fo.182.
Tempus multum quod dicatur.vide que posui in litera.M.in.ſ.
Multum tempus.
Tempus ꝛ tempora:pone q̃ dicatur in instrumẽto vel alia scriptu
ra per tempus ꝛ tempora:quid important ista verba:dic tu q̃ intel-
1 ligitur de triennio:ita Feli.in.c.plerunq̃.de rescript.fo.125. 2
Tempus vtile non currit impedito ideo protestatio non est necessa
ria pone exemplum in vasallo impedito qui non petijt infra annũ in
uestituram:q̃ ille annus est vtilis.ideo non currit impedito.ita Fe.
in.c.venerabilis.de iudicijs.in ver.Cõmuniter ꝛ generaliter tenetur.
nu.7.fo.28.
Tempus datum ad prosequendam appellationem:an cõsensu par
tium prorogari possit.vide que posui in litera.F.in.ſ.fatalia appel-
lationum.
Tempus datum ad lites finiendas in dubio presumit prefixũ instã
te ꝛ non iudici ꝛ hoc modo obuiabit immortalitati litiũ.vide per Fe
2 li.in.c.venerabilis.de iudi.in versi.secunda conclusio.nu.19.fo.28.
Tẽpus prorogatũ est idẽ tps.tõ si qs iurauit soluere infra decẽ dies
1 qui postea fuerũt prorogati nõ est periur⁹ nõ soluendo.vide per Fe.in
c.de causis.de offi.deleg.in ver.prima tamen declaratio.nu.2.fo.181.
Adde q̃ hoc fallit in materia odiosa q̃ tps prorogatiuũ nõ erit idẽ.
ita Fel.in.d.c.de causis.in versi.Primo limitabis.vbi.s̃.
3 Tempus guerre comprehendit rẽpus treuge in materia penali.de
iudeis.c.significauit.nu.1.ver.limitatur duobus modis.fo.187.
1 Tempus datum ad aliquid faciendum quando dicatur vtile ꝛ quã
do continuum.Feli.posuit multa in materia ista in.c.querenti.de of
fi.deleg.in prin.nu.1.fo.199.
Tempus si est de substantia probationis debet precise pbari.neq̃
aliter dicitur probatum.vide que posui in litera F.in.ſ.fundãs suã
intentionem.
Tempus centum annorum an dicatur longum tempus quãdo de
longitudine temporis queritur a iure vel ab homine.vide que posui
in litera.J.in.ſ.instrumenta antiquissima.
Tempus quando currat impedito:ꝛ an restituatur.vide que posui
in litera.J.in.ſ.impedito an currat tempus.
Tempus longum dicitur decendium.do.Ab.in.c.vigilanti.de pre
scri.in.ij̃.col.in ver.Adde tamen.ꝛ est glo.ij̃.in.l.cũ de iure.ff.de vsur.
gl.in.l.si filius.C.de peti.here.Bald.in rub.C.de prescri.long.temp.
3 adde Feli.in.d.c.vigilanti.in versi.quartus casus est quando igno-
ro.nu.10.fo.53.
Tempus decem dierum quod datur ad appellandum:an possit iu-
dex abbreuiare vel prorogare.Vide que posui in litera D.in.ſ.decẽ
dies qui dantur.
Tempus datum a lege vel statuto ad prosequẽdã appellationẽ an
possint partes communi consensu prorogare.do.Abb.in.c.ex rõne.
de appella.tenuit q̃ partes possunt suspendere non autem proroga
re.vide ad veritatem ipsius.q.que posui in litera F.in.ſ.Fatalia iu-
ris vel statuti.
Tempus datum ad prosequandã appellationem q̃ est annus si est
cõsumptũ per ipsum appellantẽ in reuocandis attentatis:lite pẽden
te non computabitur in ipso anno.ita do.Ab.in.c.ex ratione.de ap-
pel.in.ij̃.col.in ver.quandoq̃ impedimẽtũ.ꝛ idẽ tenet ibi An.de bu.
ꝛ do.de Rota in titu.de appel.in nouis.xiij̃.ꝛ in anti.lxxij̃.quod tñ
limita nisi ipse appellans succubuisset:q̃ bene currit tẽpus consum-
ptum.ita do.Abb.in loco prealleg.vide Bal.in aut.ei qui.C.de tem
po.appel.vide Feli.in.d.c.ex rõne.in ver.quarto dum dicit nu.4.fo. 3
123.adde q̃ Bal.in.l.contra maiores.C.de inoffi.testa.dicit q̃ quan
do quis dicit sententiam nullam q̃ non currit tempus appellandi.
ꝛ idem tenet Bar.in.l.si expressim.ff.de appel.in.ij̃.col.in versic.circa
tertium ꝛ in.l.j.C.quando prouo.non est necess.ꝛ Fe.in.d.c.ex ratiõe
in ver.limitatur nisi in cã.nu.5.fo.eo.adde tu q̃ Ly.ꝛ Bal.ꝛ Paul.
de ca.in.d.l.contra maiores.plus dicunt q̃ si lata est sententia:ꝛ dico
eam nullam q̃ donec prosequor causam nullitatis interim non cur-
runt tempora in causa appel.ꝛ ideo si succumbo possum postea infra
decem dies appellare:ꝛ hoc si habui iustam credulitatem super nulli
tate:idẽ tenet Ly.Ray.ꝛ Bal.in.l.qui testamento.in prin.ff.de ex-
cusa.tut.Raph.cu.in consi.suo.clxij̃.incip.proponitur q̃ A.iudex.
adde q̃ Bal.in.d.l.qui testamento.intelligit istud quando causa sen
tentie fuit agitata seorsum ab appellatione secus si simul quod no.
Tempus progatum principali debitori an intelligatur prorogatũ
fideiussori.vide que posuit Fel.in.c.ij̃.de sponsa.in ver.secundo ad-
duco q̃ dicitur in fideiussore.nu.34.fo.131.
Terminus statutarius datus ad prosequendam appellationẽ post
decendium qui datur ad appellandum quando incipiat currere an
post decem dies.an vero postq̃ pars interposuit appellationẽ.etiã
si in primo die ex decem diebus interposuisset appellationẽ.vide Fe. 3
in.d.c.quo ad consultationem.de re iudi.in versi.decima conclusio si
statutum.nu.30.fo.91.
Terminus assignatus in medio cause semp censetur peremptor⁹.
2 ita Bal.in.c.licet.de proba.vide ibi per Fel.in versi.ex predictis hic
colligit.nu.5.fo.82.
Terminus põt prefigi parte etiã nõ petente a iudice:ꝛ hoc ex officio
